DISSERTATIO JURIDICA
DE
APPELLATIONIS REMEDIO,

QUAM

ANNUENTE DEO

Magnifico & Amplissimo Juridicæ facultatis in illustri Salanâ ordine comprobante,

PRÆSIDE

Viro Amplissimo & Consultissimo

DN. ORTOLPHO FOMANN, J. U. D. Professore publico, ac Scabinatus Dicasteriiq; Provincialis Assessore dignissimo, Præceptore suo summè colendo,

Publicæ disquisitioni subjicit

GEORGIUS KUGELMANN, ERPACENSIS FRANCUS.

In Auditorio JCtorum

Ad diem Maii.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

JENÆ

Typis JOHANNIS BEITHMANNI,

M. DC. XVII.

ILLVSTRIBVS AC GENEROSISSIMIS COMITIBUS AC DOMINIS,

Dn. FRIDERICO MAGNO,
Dn. LUDOVICO,
Dn. JOHANNI CASIMIRO,
Dn. GEORGIO ALBERTO,

Comitibus ab Erpach, & Dominis in Breuberg,

Comitibus ac Dominis ſuis clementiſſimis.

Hanc

DE APPELLATORIO JUVAMINE
Diſſertationem Juridicam

IN

DEBITAE SUBIECTIONIS TESTIMONIUM,
quâ par eſt, humilitate, offert, dicat, conſecrat, ſimulq; perpetuum Vitam, Incolumitatem, Felicitatem, Ætatem Neſtoream precatur, optat, ſeq; totum humilimè, ſubjectiſſimè vovet, mancipat

GEORGIUS KUGELMANN,
Autor & Reſpondens.

DE
APPELLATIONIS
REMEDIO.

THESIS I.

INter alia Juris remedia atque beneficia, quibus causa sublevatur vitiata, atque Judicum iniquitati, imperitiæ, odio, amori, aliisq́, affectibus occurritur, *a*) ut primum & solùm ordinarium, *b*) ita & frequentissimum *c*) præ cæterisq́; aptum *d*) maximè Appellatorium rectè censetur juvamen: quippe quod non modò natura ipsa, *e*) sed & antiquitatis *f*) omniumq́; ferè benè constitutarum Rerumpub. *g*) consensio consecravit singularis; quodq́; Romani, Livio teste, *h*) alteram libertatis suæ arcem, imò unicum præsidium & fundamentum statuerunt; ut propterea ab iis, sine hoc liberam Magistratib. jurisdictionem qui tribuunt, tanquam assertoribus flagitiorum Dominationis meritò cavendum sit. *i*)

A a) *Ut sunt Restitutio in integrum, via Nullitatis, Querela, Syndicatus, Supplicatio, cui hodie in terris Imperii affine est Revisionis juvamentum v. Rutg. Rulant.* d. commiss. p. 3. libr. 9. cap. 14. cum seqq. *Marant.* p. 6. tit. de Appellation. nu. 4. nu. 12. & seqq. *Herm. Vult.* lib. 2. c. 33. in J. R. *Gail.* 1. obs. 127. 135. & 133. *P. Greg. Thol.* tr. de Appellation. lib. 1. c. 6. cum seqq. *Christ. Besold.* tr. de Appell. c. 1. nu. 4. *Bender.* t. tr. de Revision. *Rebuff.* t. tr. de Appell. & Supplic. &c. *Quæ singula persequi non est nostri instituti. Huc q; etiam spectant pœnæ variæ hinc inde in jure nostro in malitiosos ejusmodi atq; imperitos judices nomine tales statutæ*, in l. 2. juncta Auth. novo jure. C. de pœna jud. qui malè jud. l. 12. C. de dignit. l. 3. 4. & t. t. ff. d. l. Jul. repet. l. 15. §. 1. ff. de judic. l. ult. ff. de extraord. cognit. l. 5.

B §. 4. ff. de O. & A. pr. I. de oblig. quæ q. ex del. nasc. b) l. 3. §. 1. ff. rem rat. hab. Nov. 82. cap. 13. in f. *Zas.* sing. resp. lib. 1. cap. 26. *Lud. Bender.* tr. de Revis. concl. 1. num. 20. cum seqq. *P. Greg.* h. tr. lib. 1. c. 5. in fin. *Ac eo ab omnibus aliis sententiæ iniquitatem corrigentibus remediis differre putatur, quæ quamvis jure non minus communi, tamen extra ordinem & propter specialem benignitatis rationem approbata sunt. Besold.* d. tr.

C cap. 1. n. 7. c) l. 1. ff. h. t. *Mar.* d. t. in pr. *Bes.* d. c. 1. nu. 5. *Et vix ulla gens aut regnum invenietur, in quo non fuerit aut non sit appellandi usus. Quid Germania, Gallia, Italia, Hispania de eo servet, palàm est sine alia admonitione, dicente Petr. Greg.* d. c. 5. *adeò ut vix quarta quævis sententia impunè ab illo habeat. Clar. Dn. Mich. Beutherus Præcept. & Faut. meus colend.* in

D suis præl. ad tit. C. de appel. cap. 1. d) d. l. 1. *Eoq; theriaca, quâ contra omne Judicis venenum saluberrimè uti possumus ac valemus non illepidè à Lancellotto* d. attent. cap. 12. nu. 83. *& aliis indi-*

E *gitatur, v. Bes.* d. c. 1. nu. 5. *P. Greg.* d. c. 5. nu. 2. e) *Quamvis enim præsertim quoad formam & modum procedendi juri civili haud gravatim adscribamus. Bes.* d. c. 1. nu. 7. *attamen cum & in se contineat defensionem*, c. cum speciali. 61. §. porrò. ext. h. t. c. ad Romanam. 2. qu. 6. *Schneid.* ad pr. Inst. de Interd. num. 17. *Petr. Greg.* d. c. 5. nu. 2. *Bes.* d. loc. *quæ de jure naturæ descendit* l. 3. ff. de J. & Jur. l. 4. ff. ad l. Aquil. *Treutl.* vol. 1. disp. 1. th. 4. *quatenus defensio est ratione naturali inventum esse,*

non

non erit negandum. *Gail.* 1. obſ. 128. nu. 1. *Mar.* h. t. n. 247. & 340. *Schneid. Beſ. Petr. Greg.* dd. loc. & *alii allegati à Treutl.* v. 2. diſp. ult. th. 1. in pr. *Perperam poſt Rebuff. & Pinellum diſſentiente Knichen.* v. jus. c. 2. n. 176. & ſeq. d. Sax. non prov. jure. *Quo poſito, Sequitur ſtatuto illud in totum tolli non poſſe: fac. etiam* l. 1. §. 4. ff. à quib. app. non lic. *Et quod ſtatutum hoc directè diſponat contra jus ſuperioris.* c. venientes. 19. extr. de jurejur. A. Bulla Caroli IV. cap. 11. text. in ordin. Cam. p. 2. t. 28. *Ever. à Mittlenb.* in loc. à pacto ad leg. nu. 9. *Mynſ.* 1. obſ. 14. *hancq; ſententiam probat Gail.* 1. obſ. 135. num. 12. & 1. obſ. 124. in fin. *Wurmbſ.* 1. tit. 24. obſ. 29. *Bender.* de reviſ. concl. 29. *Andr. Knichen.* d. Sax. non prov. jure. ad v. jus. cap. 2. n. 58. cum ſeqq. & n. 183. f. m. 333. *Petr. Greg.* h. tr. l. 2. cap. 8. in f. *Clar. Dn. Præceptor Arum.* diſp. ad π. ult. th. 1. *Clar. Dn. Præceptor Hilliger.* in Don. enucl. lib. 28. c. 6. lit. A. & *alii quos longo ordine recenſet Treutl.* hîc. th. 1. *Appellationemq; in Camera recipi non obſtante ſtatuto, teſtantur Gail. & Mynſ.* dd. loc. *etiamſi juramento confirmatum ſit, ut tamen ante omnia partes relaxationem ejus petant* per text. in ord. Cam. d. t. 28. §. 1. *Beſ.* h. tr. c. 2. nu. 15. *Limitare tamen appellationem ſtatuta poſſunt.* *Treutl.* d. loc. *ut ne appelletur, niſi jurejurando præſtito, quod non temerè litem protrahat, & ſimilibus modis. Mynſ.* 1. obſ. 6. & 14. & 3. obſ. 57. pr. *Gail.* d. obſ. 135. nu. 12. & 124. in fin. f) *Cujus rei plura hinc inde extant veſtigia apud Livium, Ciceronem, Val. Maximum, Demoſthenem, Plutarchum & alios vetuſtiores autores.* *Hucq; referri poſſunt, quæ de Mileſiorum Rep. refert Ariſt.* lib. 2. polit. 6. vid. *Zaſ.* ad l. 2. §. 4. v. provocatio. ff. de O. J. *Weſ.* in π. hîc. n. 6. *Beſ.* h. tr. c. 1. n. 8. g) *Caſus* Sphæra civ. 2. c. 6. q. 3. *q. exemplis demonſtrat Beſ.* d. c. 1. n. 8. *P. Greg.* d. lib. 1. c. 5. & *alii.* h) dec. 1. lib. 3. f. m. 77. & 81. *Hincq; & Cic.* 2. de orat. *L. Valeriam, quâ à conſulibus ad populum dabatur provocatio, patronam civitatis ac vindicem laudat libertatis.* i) *Tunc en. vera ſubditis datur libertas ex æquis legibus æquabiliter illis & ſpectatâ fide, quando jus dicitur, ex Lago* meth. jur. civ. p. 5. c. 33. *Beſ.* d. c. 1. n. 2. *Unde liquet non ſolùm quid de illiberali C. Caligulæ inſtituto liberam Magiſtratibus juriſdictionem ſine ſui appellatione concedentis, Suet.* in Calig. cap. 16. *Sed etiam quid de*

F

H

I

 Tur-

Turcico judiciorum more (de quo Lipsius 2. mon. pol. cap. 10. *Guicciard.* hypomn pol. 39.) *& in litibus de plano sine omni ulteriori provocatione discutiendis brevitate, sentiendum sit : Consilium nimirum esse Machiavellisticum ac sævam omninò ac intolerabilem spirare tyrannidem, Imperiumq; substruere herile ac Dominicum, ut loquitur Bes.* d. c. 1. nu. 9. *Licet enim non diffiteamur magnum hujus remedii ad iniquitatem abusum esse, ut conqueritur Imp.* in Nov. 49. pr. l. 18. C. d. t. *Et sæpè protelandi injustam causam, non denuò jus suum persequendi calumniosè partes provocare* l. 12. §. 7. C. de ædif. priv. *Sicq; ex innocentiæ remedio optimo per abusum pessimum iniquitatis defensionem interpolare, Gail.* 1. obs. 128. nu. 2. *intantum, ut illi qui causam justam fovet, expediret potius confestim ab initio causâ cecidisse, quàm post tantos sumptus & molestias obtinuisse. Guicciard.* d. hypomn. 39. *Attamen quis non videt propter abusus multiplicis tædium, quod communis hominum societatis causâ necessariò comparatum est, generatim damnari non debere.* latè *Bes.* d. loc.

II.

Est a. appellatio *a*) ab iniqua inferioris Judicis sententia *b*) vel gravamine *c*) ad superiorem *d*) gradatim *e*) riteq; *f*) facta provocatio, *g*) ut is eam corrigat, inq; melius reformet. *h*)

A a) *De varia hujus vocabuli significatione v. Wess.* in π hic nu. 2. *P. Greg.* h. tr. lib. 1. cap. 2.
B b) l. 2. ff. d. appell. rec. l. 36. C. h. t. l. 7. C. quor. app. non rec. c. cum sit Rom. 5. de appell. c. si quis c. ad Rom. 2. q. 6. text. in ord. Cam. p. 2. t. 29. §. 3. & 4. *Wess.* hîc. n. 8.
C c) *Maximè de jure Pontificio, quo à quolibet gravamine licet provocare* c. 1. c. Rom. 3. d. appell. in 6. clem. appellanti. 5. eod. *Wess.* hîc. nu. 8. *etiam futuro, cujus justa suspicio.* c. 2. d. conjug. serv. c. cum dilecti. 6. d. dolo & contum. c. ut debitus d. appell. clem. sicut eod. *Mar.* h. t. n. 4. *& alii relati à Treutl.* hîc th. 1. lit. F. v. j. th. 5. in fin.
D d) l. 1. §. 2. 3. ff. h. t. c. anteriorum. §. illud etiam. 2. q. 6. c. placuit. Nov. 23. c. 4. *quod est de substantia appellationis* gl. fin. ad cap. 2. de.

con-

consuet. in 6. *Pet. Greg.* d. lib. 1. c. 3. n. 2. & 5. *& inde contrarium consuetudine induci nequit* gl. d. loc. *P. Greg.* d. nu. 2. & 5. *Treutl* hic. th. 1 lit. D. *quia contra substantialia actus pacta & consuetudo non valent.* l. 12. ff. de prec. l. 27. de mort. caus. donat. v. j. plura. th. 9. *Olim quidem res à minori judicio ad majus judicium vel Principis cognitionem etiam per relationem transferebantur. Cujac.* in tr. C. de relat. *Sed novo jure potestas illa referendi ad Principem, nisi dubitatio de aliqua fiat lege, sublata est.* Auth. novo jure. C. de relat. Nov. 82. cap. 13. Nov. 113. c. 1. Nov. 125. *Pet. Greg.* d. lib. 1. c. 4. *Bes.* d. c. 1. n. 4. e) l. 21. ff. hic. c. dilecti. eod. l. 122. §. 5. ff. de V. O. d. c. anteriorum. §. illud etiam. 2. q 6 v. j. th. 9. *quod tamen non est de substantia appellationis, ideoq; per consuetudinem fieri potest, ut appelletur ad superiorem omisso medio.* gl. ad c. 2. v. officiali. d. consuet. in 6. *P. Greg.* lib. 4. c. 3. n. 8. *& talem consuetudinem in Regno Galliæ in causis criminalibus vigere testatur idem P. Greg.* lib. 1. c. 3. n. 4. & lib. 4. cap. 2. n. 7. f) l. 20. in f. ff. h. t. l. 13. 18. C. eod. g) *Provocationis enim vox latius patet quàm appellationis, omnesq; actus judiciales & extrajudiciales concernit, propter quos judicis officiũ imploratur* l. 25. ff. de admin. tut. *Clariss. Dn. Præcept. Hilliger* in Don. enucl. lib. 24. c. 4. lit. B in not. *Mar.* h. t. n. 2. & 6. *Treutl.* hic. th. 1 lit. H. *quamvis sæpè in jure nostro confundantur, hodieq; eorum discrimen penitus à foro recesserit, teste Rutg. Rul.* p. 4. lib. 8. cap. 13. in pr. d. commiss. *& Clar. Dn. Præcept. Beuth.* in pr. suar. prælect. ad h. t. h) l. 1. ff. h. t. l. 2. in fin. à quib. app. non lic. l. 1 in f. ff. ad SC. Turp. c. Pastoralis. d. off. jud. del. *quatenus scilicet id fieri debeat loquendo* per l. pen. ff. de J. & J. *Cum etiam contingere possit, ut benè latas sententias in pejus reformet.* d. l. 1. in pr. ff. h. t. *P. Greg.* d. c. 3. in fin.

E F G H

III.

Species ejus rejectis aliorum divisionibus duas tantum constituimus; *a*) Judicialem, cum à sententiis & interlocutionibus; *b*) & extrajudicialem, cum à decretis sive manda-

tis

tis actibusq; extrajudicialibus aliis, *c*) tàm à parte quàm judice factis, provocatur.

A a) *Wes.* in π. hic n.5. *Gail.*1. obs. 120.n. 6. *Treutl.* hic th. 1. *P. Greg.* h. tr. lib. 1. c. 11. *Alii tres ponunt, ut Bart.* in l. hîc. *alii quatuor, ut Bald.* & CC. in rubr. extr. h. t. *quæ tamen tempore*
B *tantùm non specie differunt. v. Wess.* d. n. 5. b) *per* text. & jura. th.
C præced. lit. b *allegata.* c) *Quâ in parte distinguendum erit inter jus nostrum Civile & Canonicum. Jure civili ab iis tantùm extrajudicialibus, quæ formam aut vim sententiæ judicialis habent appellari potest. Wes.* hîc nu. 8. *Ut ab impositione muneris sive electione* l. 1. §. 3. ff. quand. app. l. 21. §. 2. ff. h. t. l. 7. & 11. C. eod. *etiam ita, ne electus admittatur. P. Greg.* h. tr. lib. 1. c. 12. nu. 2. *non autem, ne cui alius præferatur. Clar. Dn. P. Hill.* in Don. enucl. d. lib. 28. c. 5. lit. a. *Causa agenda inter nominatum & nominatorem. Cujac.* 9. obs. 35. *Ut tamen injustè appellans damnum, quod interim datum est, agnoscat* d. l. 21. §. 2. ff. h. t. l. 21. ff. ad municip. l. 1. ff. si tut. dat. app. *Paul.* 5. sent. ult. *& ibi Cuj. Item à tutelæ delatione, tàm testamentaria & legitimæ, quàm dativæ, etiamsi de necessitate amplius non sit, cum sufficiat hodiè excusationis causas allegare, & ab earundem rejectione demũ appellare.* §. 16. I. de excus. tut. l. 3. & 18. C. eod. l. 13. in pr. ff. eod. l. 17. §. 1. ff. d. app. l. pen. ff. d. tut. & curat. dat. l. 39. §. 6. ff. de admin. tut. l. 1. §. 1. ff. quando appell. *cum similibus. Atq; ita sentio cum Clar. Dn. Præceptoribus meis perpetuâ animi devotione colendis, Dn. Mich. Beuthero* in d. suis prælect. ad h. t. & *Dn. Justo Meiero, in exquisito suo* de tutel. tractatu. sub tit. administr. tutel. præpar. *Consentit Treutler.* v. 2. D. 9. thes. 1. lit. B. *Cujac.* ad l. 2. d. excus. tut. f. m. 227. & ad d. l. 13. eod. & 9. obs. 35. *Obrecht.* disp. de tut. th. 714. *Diss. pleriq; quos vide apud Treutler.* d. loc. *Item à primo & secundo decreto. Wess.* hîc. nu. 8. *quamvis quoad primum decretum hoc tùm demum videatur concedendum, si simul concederetur jus quærendi fructus, aliàs tantum devolutivè, ut post Ang.* cons. 252. *Mar.* h. t. n 313. *Wurms.* t. 24. obs. 15. *Item ab incarnatione vel captura, ab arrestatione, Wess.* hîc. nu. 8. *P. Greg.* lib. 2. c. 4. n. 18. *licet appellationis, quæ ab arresto fit, receptionem mores nostri ignorare videantur.*

deantur. B. s. h. tt. cap. 7. n. fin. *aliisq; edictis, decretis, mandatis, placitis, constitutionibus Principum atq; Magistratuum, quoad non pro lege in iis pronunciant, sed in vim sententiæ judicialis; Clar. Dn. Præcept. Beuth.* in d. prælect. *Et ut generaliter nostri tradunt.* v. Wess. d. nu. 8. *quotiescunq; permissum est judicis officium extra ordinem implorare, toties ab ejus injusto decreto & actu illo extrajudiciali appellationis beneficium esse concedendum. Aliàs hoc jure extra judicium non provocatur. Jure verò Canonum, ab omni gravamine etiam futuro, etiam ante litem contestatam* c. 1. c concertationi. 8. d. app. in 6. *etiam extra judicium in omni loco adversario præsente* c. 5 c. 51. extr. h. t. *appellare licet. Quæ tamen, cum poti⁹ provocatio sit ad causam agendam, ut ipsi Canones fatentur* d. c. 5. extr. h. t. *vimq; conventionis habeat & ordinarium judicium concernat. Gail.* 1. obs. 110. num. 4. & 144. nu. 8. *Mar.* h. t. n. 178. & seq. *P Greg.* 1. d. app. 11. & 12. & l. 4. c. 16. *Bes.* d. c. 7. nu. 12. *meritò hac in parte novellis Imperii constitutionibus jus civile pristino nitori restitutum est, confectis Canonum introductionibus.* per text. ord. Cam. p. 2. t. 29. à pr. Rec. Imp. de Anno 94. *ubi expressè sancitum, ne extrajudicialis appellatio alia recipiatur, nisi pars à Magistratu tanquam judice se gravatum doceat, quoad alios verò ejusdem excessus ordinarium judicem quærendum esse, prout privilegium primæ instantiæ sive Austregarum requirit. Gail.* d. obs. nu. 3. *Myns.* 4. obs. 45. *Treutl.* hic. th. 1. in f. *P. Greg.* lib. 4. c. 16.

IV.

In omnibus porrò causis regulariter appellandi facultas est, *a*) tàm civilibus quàm criminalibus, *b*) tàm minoribus *c*) quàm majoribus, tàm communibus *d*) quàm propriis, tàm possessoriis, *e*) quàm petitoriis, tàm accessoriis, *f*) quàm principalibus; etiam fiscalibus, *g*) feudalibus, *h*) alimentorum, *i*) mulctarum, *k*) denegatæ justitiæ *l*) &c. Non verò alienis, *m*)

notoriis, *n*) frivolis, *o*) certo jure definitis, *p*) juramento *q*) vel ſorte *r*) deciſis, dilationem non recipientibus, *s*) ſummam appellabilem, *t*) aut privilegio conformem *u*) non habentibus, & ſimilibus: quibus de hodierna conſuetudine & conſtitutionibus Imperii accenſendæ ſunt cauſæ criminales *x*) & Eccleſiaſticæ, ſive ſpirituales. *y*) In his enim Cameræ uti judicio ſeculari nullam eſſe juriſdictionem generaliter obtinuit. Hinc eſt quod de crimine hæreſeos, *z*) Simoniæ, *aa*) cauſis matrimonialibus, *bb*) & ſimilibus *cc*) non cognoſcit.

A *a*) l. 3. C. de ped. jud. l. 25. ff. h. t. l. 12. 20. 30. C. eod. Nov. 82. cap. 12. & 13. N. 126. c. 3. in pr. & N. 134. c. 3. verſ. ult. c. 11. extr. h. t. *Mar.* h. t. n. 399. *P. Greg.* lib. 2. c. 1. *Beſ.* c. 7. n. 1. *Sufficit igitur, ſi non probibeatur appellatio etiamſi non permittatur. P. Greg.* d. loc. *Cum non in approbatione judicis, ſed juris auctoritate ſita ſit. Clar. Dn. D. Hill.* in Don. enucl. hîc. cap. 6.

B lit. B. *b*) l. 6. §. 3. l. 12. 14. 29. 30. C. h. t. l. 6. C. de Epiſc. aud. l. 6. §. 8. ff. de injuſto, rupto, l. 2. §. 2. ff. de pœn. l. 2. C. quor. app. *Et facit exemplum D. Pauli, qui hoc auxilio in criminibus quibus accuſabatur uſus eſt.* Actor. 25. ℣. 12. *Quod in omni crimine regulariter verum putarem, lege ubi id non reperitur exceptum,* per d. ſ. lit. a. & j. th. 7. à pr. *etiam in graviſſimo imminutæ Majeſtatis crimine. Boc.* d. crim. Majeſt. c. ult. n. 15. *Beſ.* h. tr. cap. 7. n. 3. *Diſſ. Mar.* h. t. n. 298. cum ſeqq. *etiam hæreſeos, jure noſtro, ſecus enim de Jure Canon.* c. ut inquiſitioni 18. d. hæret. in 6. *Covarr.* pract. qq. 23. n. 4. in f. *etiam veneficii. Beſ.* d. loc. *Nec enim magnitudo & atrocitas ſceleris appellationem tollit, ſed eò fortius requirit* l. 1. §. 5. ff. de Carb. ed. c. ubi periculum de elect. in 6. *niſi aliàs ex mora immineret periculum majoris ſceleris aut damni, uti poſt Tiraq.* tr. de pœn. c. 49. n. 22.

optimè

optimè notat Bes. d. nu. 3. v. ȷ̄. th. 9. *c)* l. 20. C. h. t. c. 11. extr. C
h. t. *Pet. Greg.* l. 2. c. 1. n. 3. & 4. *Bes.* h. tr. c. 7. *Diss. Mar.* h. t. n. 126 *exponens* d. l. 10. *majoribus, id est, criminalibus, minoribus, id est, civilibus. Malè. Non enim consideratur res in appellatione, sed injustitia Pet. Greg.* d. c. 1, nu. 5. *Et quæ in civitate rerum esset æqualitas parva, si res ac lites pauperum non judiciis tollerentur voce, justitiaq; forum Cræso, non etiam Iro pateret. Job. Cas.* Sphæra civ. l. 4. c. 16. *Nec tamen, si quandoq; materia vel quantitas capitalis seu petita summa in causa est, ut hic vel ille judex provocando adiri nequeat,* ut l. 37. C. h t. l 10 §. 1. ff. hîc. Nov. 23. c. 1. §. nec in causis appell. de pace constant. *inde statim de inæquali justitiæ distributione querimonia succedit, ut statuit Knich.* tr. d. Sax. non prov. jure ad v. jus. c. 2. nu. 143. fol. m. 344. *d)* t. t. C. si un. ex plur. l. 10. pr. & §. ult. l. 3. §. 2. D
h. t. v. ȷ̄. th. 6. lit. *e) Quod de jure Can. in omni possessorio minus* E
dubium est, etiam quoad utrunq; effectum. c. significarunt. 36. extr. de testib. c. cum ad sedem. c. ex conquæstione extr. de restit. spol. cl. 1. d. caus. poss. cl. un. d. sequestr. poss. *Bes.* c. 7. n. 8. *Covarr* pr. qq. 23. nu. 8. v. prima conclusio. *Diss. Fachin.* 1. controv. 75. *P. Greg.* lib. 2. c. 5. nu. 3. *Jure nostro civili distingui solet; utrum plenariè & principaliter, nempe per viam contractus aut antiquitatem temporis, ubi plerunq; res est majoris præjudicii, de possessione actum sit, ut ferè hodiè fieri solet, Bes.* d. loc. *Wess.* hîc. nu. 8. *Mar.* n. 298. & seqq. & nu. 312. *Myns.* 6. obs. 13. nu. 5. *Clar. Dn. Hill.* in Don. enucl. hîc. d. c. 6. lit. Hh. *an verò incidenter tantum & extra ordinem litis ordinandæ gratia, ut fit quando super spoliatione cognoscitur, quò spectat* l. un. C. si de mom. poss. fuer. app. *de cujus vero & genuino intellectu consule Bes.* d. loc. *Cujac.* in ϖ. C. ad d. tit. *Wes.* hîc. nu. 8. *Pet. Greg.* l. 2. c. 5. *Priori casu cum res trahat secum effectum perpetuũ, terminatumq; sit id de quo principaliter quærebatur, nulla est ratio cur appellari non possit; Posteriori, cum sententia sit merè interlocutoria, momentaneam tantum possessionis causam habens, & injuria per eam facta in causa proprietatis possit emendari.* d l. un. *aliud dicendum erit, v. Clar. Dn. Præc. Arum.* in disp. ad ϖ. ult. θ. 13. *Schneid.* ad pr. Inst. de interd. nu. 16. cum seqq. *Cujac.* 2. obs. 35. *Ut & si possessorium aliquo modo adnexam habeat causam pro-*

prietatis, ut si de feudis jurisdictionem tractatur; vel fructuum una injungat restitutionem, quamvis non possessionis fructuum tamen appellari potest respectu. Covarr. pr. qq. 23. n. 8. in f. Bes. d. loc. Et hisce omnibus similibusq; casibus in quibus appellatio in possessorio lata absolutè admittitur, ejus quoq; impediri executionẽ verius est. Bes. d. c. 7. n. 9. Dn. Arum. d. th. 13. hancq; sententiam stylus Cameræ comprobat Gail. 1. obs. 7. nu. 7. & obs. 147. nu. 9. quamvis contraria jure magis communi recepta sit. Mynf. 6. obs 13. Wurmbs. t. 24. obs. 12. Mar. h. t. n. 194. Facbin. d. controv. 75. P.
F Greg. d. l. 2. c. 5. n. 3. f) Modò in ipso principali appellatio locum obtinere potuerit, arg. l. 178 ubi Decius n. 2. l. 129. §. 1, d. R. J. c. cum accessorium. eod. t. in 6. ut ab expensarum taxatione, si illa immodica fuerit. l. ultim. ubi Br. C. quando prov. non est nec. Wurmbs. t. 24. obs. 11. & 13. vel judex requisitus (quod omninò requiritur, sive id fiat expressè, sive per salutares & consuetas clausulas. Mar. p. 6. t. d. lib. oblat. n. 18.) eam omninò omiserit Mynf. 2. obs. 22. In Camera tamen utroq; casu summa ordinationis 300. flor. consideranda erit. Clar. Dn. Prae. Beuther. in suis prælect.
G g) l. pen. ff. de app. rec. l. 18. 22. C. h. t. nisi debitum sit liquidũ l. 4. l. ult. C. quor. app. non rec. P. Greg. h. t. l. 2. c. 9. Clar. Dn. Arum. disp. ad ϖ. ult. thes. 12. Clar. Dn. Hillig. d. c. 6. lit. Ff. Mar. h. t. n. 300. qui distinguit utrum de lucro an damno agat fi-
H scus. h) c. fin. quo temp. miles &c. 1. Feud. c. 1. v. strenuus d. feud. cogn. 2. F. 1. Mynf. 5. obs. 5. Gail. 1. obs. 146. Hart. Hartm.
I t. 19. obs. 25. i) Ubi tamen res distinctione explicanda. Aut enim agitur de præteritis alimentis, & recipiendam esse appellationem unanimi consensu Dd. tradunt. Facb. 1. controv. 77. Lanc. d. attent. p. 2. c. 12. limit. 24. n. 7. Bes. d. c. 7. n. 10. in f. aut de futuris, & tum recipienda quidem appellatio arg. l. 20. C. hîc. Bocerus disp. 23. th. 73. class. 5. interim tamen sententia executioni mandanda. l. 7. ff. de agn. & al. lib. l. 9. ff. de jure delib. l. 23. §. 3. ff. de inoff. test. Treutl. hic th. 5. lit. g. Everhard. in loc. ab alim. ad piam caus. Pet. Greg. l. 2. 16. nu. 8 adde Cl. Dn Hillig. d. c. 6.
K lit. ee. k) l. 25. C. h. t. l. 131. §. 1. l. 244. ff. de V. S. Paul. 5. sent. 35. §. 2. & ibi Cujac. idq; ex duplici capite, vel quia injustè mulcta inflicta, vel quia ab eo indicta qui non poterat mulctare, Pet. Greg. l. 2. cap. 6. Mynsing. 3. obs. 43. Treutler. hîc. thes. 5. lit. c.

Secus

Secus tamen in pœna à lege statuta. d. l. 244. *qui enim à l. idem à Principe appellat; id autem capitale est. Bod.* 3. de Rep. 5. f. m. 486. *Appellandum etenim alia de causa, putâ quod reus se innoxium dicat, vel quod ex lege hujusmodi pœnâ affici non debeat. Bes.* h. tr. c. 6. n. 2. *Quæ tamen differentia hodiè, ex quo sublatis formulis pœnæ sunt factæ extraordinariæ*, l. 13. ff. de pœn. *non adeò attendenda videtur Donello* lib. 28. com. c. 6. f. 437. *Cujac.* 8. obs. 33. *Goth.* ad l. 8. ff. d. publ. jud. *quos tamen eo nomine benè refutat Bes.* d. c. 6. nu. 2. *Pac. ἐναντ.* cent. 3. q. 72. *l)* Nov. 17. c. 3. fac. l. pen. §. 2. ff. de vacat. mun. *quamvis hoc in casu & per viam simplicis querelæ Cameræ adiri possit judicio nondum capto. Gail.* 1. obs. 28. n. 3. Ord. Cam. p. 2. t. 1. §. f. & t. 26. *Cœpto autem judicio non nisi per modum appellationis Gail.* d. lo. nu. 2. *Requiritur autem legitima interpellatio, ut constituatur in mora, & quidem terna*, arg. c. 1. d. suppl. negl. præl. *P. Greg.* d. l. 2. c. ult. *nisi in prima requisitione expressè justitiam recusarit; Nam tunc una sufficit*, *Gail.* d. obs. n. 6. *Mynf.* 2. obs. 24. *Bes.* h. tr. c. 7. in f. v. j. th. 9. lit. *Mandata quoq; pœnalia contra talem judicem decernuntur. Gail.* d. obs. n. 3. *Facit verò differentiam Cameræ Imp. inter prolatam & denegatam justitiam: priori casu dat literas promotoriales ad reddendam justitiam intra certum tempus; posteriori verò citationem ad prosequendam causam principalem concedit* Ord. Cam p. 2. t. 26. *Rutg. Rul.* d. commiss. p. 3. l. 9. c. 14. n. 4. cum seqq. *P. Greg.* d. c. ult. n. 6. *m) nisi cui mandatũ sit, aut cum appellasset Dominus intra decendiũ ratum habuit* l. 24. ff. rem rat. hab. *aut lite contestatâ Dominus sit effectus, ut procurator* l. 4. §. f. ff. h. t. *P. Greg.* 5. c. 6. *n) Moratoriæ enim appellationes reprobantur* l. 4. ff. de app. rec. *Paul.* 5. sent. 35. §. pen. *Cujac.* in w. C. quor. app. non rec. *Bes.* c. 6. n. 1. *nisi contra notorietatem appellationi inferatur causa rationabilis. Mar.* h. t. nu. 293. *Pet. Gregor.* h. tr. l. 2. cap. 8. n. 2. & c. 26. *ubi id quod de prohibita appellatione in notoriis diximus, docet tantum obtinere in notorio facti, non famæ vel juris. o) Quas jus rejicit expressè & punit judices eas admittentes* l. 6. §. 4. l. 27. C. h. t. l. 5. C. quor. app. l. 12. 19. 23. §. 1. ff. h. t. l. 2. C. d. Episcop. aud. c. quicunque. 2. quæst. 6. *Mar.* h. t. num. 182. & 345. cum seqq. *Hartm.* pract. obs. tit. 1. obs. 3. *p)* l. ult. ff. de app. rec. *Dn. Hill.* in Donell. Enucl. dict. cap. 6. lit. li. *& generaliter à certa legis*

L M N O P

 constitu-

constitutione vel executione; nisi iniqua declaratio ejus arguatur,
Q *appellari nequit P. Greg.* d. lib. 2. c. 22. *q) scilicet à parte parti delato in judicio, secundum distinctionem tamen* l. 12. §. 1. & 2. C. de R. C. *sive extra judicium ex conventione*, arg l. 5. §. 2. l. 26. §. 2. l. 31. ff. de jurejur. l. 1. 2. ult. C. eod. l. 16 C. de transact. *non verò delato à judice alteri ex litigatoribus ob defectum probationis* l. ult. §. 1. ff. h. t. *adde Paul.* 5. sent. 32. *& ibi Cujac. Schn.* ad §. item si quis. n. 115. Inst. de action. *Fachin.* 1. controv. 23. *Treutl.* v. 1. D. 21. th. 10. lit. d. *Mar.* h. t. nu. 332. *Petr. Greg.* d. lib. 2. cap. 13. *Mynſ.* 2. obſ. 14. & 5. obſ. 95. *paulò aliter hæc definiens, sibi ipsi non contrarius.*
R *r)* arg. l. 11. §. 4 ff. de minor. l. 1. §. 11. d. Magistr. conv. l. 15. C. de transact. *Mar* h. t. n. 257. *P. Greg.* l. 2. c. 19. *Bes.* d. c. 7. nu. 11. *quia fortuna in hoc mundo non habet superiorem, & ejus dux est Deus, ex Sen. post Bl. Schn.* ad §. optionis. Inst. de legat. *nisi ex sortis infelicitate emergeret intolerabilis deceptio, fortè ultra dimidium justi precii*, per l. 3. C. comm. utriusque jud. *Schneidw.* ad §. quædam actiones. n. 66. Inst. de action. *Fach.* 8. controv. 36. *Bes.* d. loc. *An verò utendum sit sortis judicio, pulchræ disquisitionis est? Nos Aff. si fiat necessitate exigente super re licita, non facti quæstione, pacis causâ, ejusq; exitus committatur Deo; hujusq; rei vestigia hinc inde in jure nostro occurrunt, v. eleganter P. Greg.* d. c. 19. *Bes.* d. nu. 11.
S *s) Mar.* h. t. n. 330. *Ut ne frumentum in usum militum in annonæ subsidia contrahatur.* l. ult pr. d. app. rec. *Ne testamentum aperiatur vel scriptus hæres in possessionem inducatur* d. l. ult. l. 6. C. quor. app. fac. l. 5. ff. test. quemad. aper. *Clar. Dn. Præcept. Hillig.* in Don. Enucl. d. c. 6. lit. gg. *nisi par sit utriusq; litigatoris causa. Bes.* d. c. 7. num. 10. *ne quidem quoad effectum devolutivum. Fachin.* 1. controv. 76. *Treutl.* hic. th. 5. lit. g. *Petr. Greg.* l. 2. c. 14. nu. 8. cum seqq. *Item, ne scholaris in sua habitatione turbetur, quod tamen rectè restringit P. Greg* d. l. 2. c. 24. *ne mortuus sepeliatur.* c. qua fronte extr. de appell. *aliisq; casibus* de quib. in l. 2. ff. de fer.
T *t) quæ olim in Camera tantum erat 50. aureorum.* Ord. Cam p. 2 t. 28. §. Und sonderlichen Setzen / &c. *Postea in Comitiis Spirens. Anno 70 ad 150 extensa, ac tandem 300. aureorum facta* Rec. deputat. de Ann. 600. §. 16. Derowegen denn. *quos causa excedere vel certe complere debet.*

debet. Bes. d. c. 7. in pr. *Hincq; de florenis Rhenensibus, qui singuli quindecim bacos seu 60. crucigeros valent, intelligendum est, utpote qui valor non modò in ordinatione, sed & aliis contractibus, ubi aureorum Rhenensium maximè mentio fit, in tota ferè Germania locum habet. Myns.* 5. obs. 83 *Bes.* d. loc. *In ineunda autem hac summa quantum petitum, non quantum debetur, vel in prima instantia judicatum est, inspicitur.* l. 19. §. 1. ff. de jurisd. *Gail.* 1. observ. 123. nu. 3. *adde Myns.* 5. obs. ult. *Denais.* t. 29. Appellat. summa §. 8. *Rutg. Rul.* p. 4. l. 8. c. 15. n. 14. de commiss. *ita ut census atq; pensiones intermissæ in hanc computationem veniant, quoad summam ordinatam attingamus,* per l. 11. ff. de jurisd. ubi Dd. l. ult. §. ult. C. h. t. *Gail. Myns.* dd. loc. *Rutg. Rul.* d. comiss. p. 4. l. 8. t. 13. nu. 16. *Clar. Dn. Præc. Mich. Beuth.* in dd. prælect. *non tamen res planè diversæ* d. l. 11. *Rutg. Rul* d. loc. n. 25. *Pet. Greg.* h. tr. l. 3. c. 16. n. 5. *at benè quæ ejusdem generis sunt, ut plura debita contra unum reum.* l. 10. §. 1. ff. h. t. l. 38. §. f. C. de don. *quorsum Myns. potissimum respicit* d. obs. 83. *Nec cumulatio, quam in favorem nimirum admissionis appellationis Interpp. permittunt, aliter quàm de unica sententia uno contextu super diversis summis lata subauditur.* Dd. ad d. l. 11. *Bes.* d. c. 7. n. 2. *Et si fortè dubium est de hac summa, statur juramento appellantis vel ejus hæredis.* Ord. Cam. p. 2. t. 28. §. 3. v. Und woeln etc. *Gail.* 1. obs. 123. n. 7. *Myns.* 4. obs. 40. *In quibusdam porrò causis, injuriarum putà, ac controversiis super reditibus, servitutibus, jurisdictionibus, aliisq; jura incorporalia concernentibus, quamvis indifferenter quondam in Cameræ judicio appellationes recipiebantur.* Ord. C. d. t. 28. §. Und sonderlich. 4. *Gail.* d. obs. 123. num. 4. & seqq. *Bes.* d. n. 2. *tamen hodiè in causis injuriarum ad solam pecuniariam æstimationem, eamq; certam & definitam intentatis jus idem cum cæteris est negotiis, & computatio eadem; secus verò si criminaliter agatur,* Da auff ein ansehenliche Leibsstraffe geklaget wird. *v. Denais.* t. appell. summa. 29. §. 9. & 10. *Rul.* d. commiss. p. 1. l. 3. t. 3. lit. c. *Et pariter jura illa incorporalia, limitationem & certam æstimationem accepere ex publica Imperii lege,* in Comit. Spirens. Anno 70. & Rec. deputat. An. 600. §. 16. Derowegen dan. *Notandum tamen quod prædicta summa non attendatur, si Camerali jurisdictioni immediate suppositus per*

viam

viam simplicis querelæ etiam rei quantulacunq; æstimationis gratiâ in Camera convenitur, *Gail*. d obs. 123. n. 6. *P Greg*. l. 3. c 16.

V *u*) *Obversantur enim passim statibus & Imperii civitatibus de non intra certam summam ab eorum judicationibus apppellando Imperatoriâ benignitate, litium quo debilitetur vivacitas indulta privilegia. Ut ab Electore Palatino appellare qui vult, causa ejus continere debet 1000. flor. in auro; ab Electore Moguntino 400. flor. Rhen. à Trevirensi 500 flor. aur. ab Hassiæ Principibus 600. flor. aur. A Rep. Argentoratensi 600. flor. aur. & sic de aliis Imperii statibus, quorum privilegia conquisivit. Mind.* in f. lib. 1. de process. extr. *Ant. Coler*. de jure Imp. Germ. sect. 21. *v. Bes*. d. c 7. in pr. *Notandum tamen, quod privilegium ante Cameræ ordinationem datum, in ea non obtineat; post verò concessum ita demum si Cameræ sit insinuatum, & ita practicari refert Rutg. Rul*. d. p. 4. l. 8. cap. 13. nu. 7. *Gail*. 1. obs. 1. n. 7. & seq. *Et hæc ad fundandam Cameræ jurisdictionem scire non parum interest, cum summa appellabili aut privilegio conformi non observatâ, processus aut penitus decernantur nulli, aut decreti subripientium precibus quanto primum aboleantur*. Ord. Cam. d. t. 28. §. Item nach dem. 4. in fin. *Gail*. d. obs. 123. *Danais*. d. t. §. 5. & 7. & tit. Appellat. privilegia. §. 2. 4. & 5. *Rutg*. d. loc. nu. 14. *Indeq; in supplicatione semper disertis verbis hæ qualitates exprimendæ. Gail*. d. obs. n. 1. *Et exceptio summæ non appellabilis in quacunq; judicii parte opponi potest, & à judice parte etiam non petente attendi debet*. Nov. 23. c. 3. text. in O. C. d. t. 28. §. 4. & R. Dep. d. loc. fac. l. 1. C. de ped. jud. *Gail*. d. obs. n. 2. *Mynf*. 3. obs. 89. & d. observ. 83. cent. 5. *Generaliter tamen notandum, quod ubi ratione privilegii, vel alterius causæ Cameram appellari non conceditur, supplicari tamen eidem, vel de nullitate agere prohibitum non esse. Bender*. de Revis. concl. 26. & 36. *Gail*. 1. obs. 135. nu. 6. & seqq. *Rul*. d. loc. nu. 7. *Bes*. cap. 7. n. 2. *modò de summa alias in Camera appellabili supplicet, vel nullitatis processum instituat. Bend*. concl. 27. *Denais*. d. t. App. summa. §. 3. *Bes*. d. c. 2. in fin. *Heig*. p. 1. q. 10.

X nu. 49. & 57. *Treutl*. hic th. 3. in f. *x*) Ord. C. d. t. 28. §. Item nach dem. 4. *Mynf*. 4. observ. 31. *Gail*. 1. obs nu. 27. 28. & tr. d. P P. l. 1. cap. 20. *Wurmbs*. t. 24. obs. 18 *Idq; non tantum in Germania, sed & apud alias gentes, ac toto ferè in orbe Christiano*

usu

usu obtinuit forensi Covarr. pr. qq. 23. n. 5. in f. *Clar.* §. f. q. 94. n. 3. *Bes.* d. c. 7. n. 4. *sola excepta Francia*; *P. Greg.* l. 2. cap. 8. nu. 8. *Nec dubitandum quin valeant talia statuta. Clar.* d. loc. *Bes.* d. n. 4. *Diss. Guid. Papæ* h. tr. n. 93. *cujus sententiam tanquam humaniorem sequitur P. Greg.* d. c. 8. n. 5. *Causas autem criminales constitutio vocat eas, quæ vitam concernunt*, So Leibs-straff auff ihnen tragen/ *quæ verba strictè accipienda monet Rutg. Rul.* p. 1. l. 2. c. 3. lit. f. *Gail.* 1. observ. 1. n. 27. *Non igitur facilè ad membri mutilationem extendenda erunt, per ea quæ habet Clar. Dn. Præcept. Arum.* disp. ad ϖ. 4. th. 29. *Diss. Guido Papæ* h. tr. nu. 84. *Petr. Greg.* l. 2. c. 7. nu. 13. *Et hæc adeò vera sunt, ut nec à taxatione expensarum in criminum causis ad Cameram rectè appelletur, ut ex præjud. Cameral. firmat Bes.* d. nu. 4. *nec à mulctis pecuniariis, quæ in locum succederent corporalis. Mynſ.* 4. obs. 41. *Bes.* d. c. 7. n. 5. *Petr. Greg.* d. l. 2. c. 8. n. 4. *Clar. Dn. Beuth.* in suis præl ct. *Dictam tamen constitutionem, cum ad Imperii tribunal principaliter pertineat, non ad quævis inferiora judicia trahendam esse sobriè monet Moller.* 4. semestr. 33. *Bes. Beuth.* d. loc. *& inde non rejiciendam esse in criminalibus appellationem ad aliquem inferiorem Camerâ judicem institutam, nisi allegans exceptionem hanc de loci in quo versatur consuetudine probet, censet Bes.* d. c. 7. n. 4. *Cum verò dicta constitutio de via appellationis non simplicis querelæ loquatur, dubitatur utrum hac immediatè imperio subjecti privilegiatam instantiam non habentes, ut pleriq; Comites, Barones, Nobiles, criminaliter in Camera conveniri possint? Aff. cum F. Mind.* 1. c. 9. sect. 1. & 2. *Bes.* d. n. 4. *Diss. Rutg. Rul.* p. 1. l. 2. t. 3. n. 4. *Gail.* 1. obs. 1. nu. 27. *An verò privilegium primæ instantiæ etiam in criminalib. causis locum habeat, arduæ quæstionis est? Aff. cum Barth. Wolfg. Ebero, qui peculiari scripto eruditè hanc quæstionem enucleavit. Ratione tamen nullitatis principaliter intentandæ nihilominus in Camera processus petuntur & decernuntur.* O. C. d. t. 28. *Gail.* d. obs. 1. num. 28. *Wurmbser.* t. 24. obs. 18. *Pet. Greg.* d. l. 2. c. 8. nu. 4. *Imò & mandata pœnalia sine clausula conceduntur, de non aliter, nisi secundum constitutiones Imperii in criminalibus procedendo. Cujusmodi contra Offenburg. in Cam. se obtinuisse testatur Clar. Dn. Præcept. Beuth.* in dd prælect. *Ut & quoq; semper ipsa adiri potest*

Cam. Imperialis, cum non de crimine puniendo, sed de jurisdictione meraq; compentia quaeritur, *Bes.* d. n. 4. *Mind.* 1. c. 9. sect. 5. &
Y 6. *y) Ad Ecclesiasticum quippe haec referuntur forum cum quo secularis jurisdictio confundi vetatur.* Ord. Cam. p. 2. t. 1. c. decernimus. c. quanto extr. de judic. *Thom Mich.* d. jurisd. concl. 39. *Si tamen in causis Ecclesiasticis de facto quaestio juris, non praejudicialis incidit, Camerae jurisdictio est; quaestio enim facti nihil habet spiritualitatis.* *Thom. Mich.* concl. 41. *Unde in possessorio*, arg l. 1. §. 3. l. 2. §. 1. l. 29. ff. de acq poss. *de Decimis. Gail.* 1. obs. 38. *Mynf.* 5. obs. 10. *jure patronatus Gail.* d. obs. 38. n. 6. & seqq. *re-*
Z *ctè pronunciat. v. Thom. Mich.* d. concl. 41. *z)* c. ut inquisitionis. §. prohibemus. d. haeret. in 6 c. ad abolendam. c. excommuni-
AA BB camus extr. d. haeret. *aa) Thom. Mich.* d. concl. 39. lit. d. *bb) Si de jure & viribus matrimonii quaeratur.* text. in c. multorum 35. q. 6. c. accedentib. d. excess. Praelat. c. 1. de consang. & affin. *Gail.* 1. obs. 112. in f. *non si occasione matrimonii iniquè quis gravaretur*, *Clar. Dn Beuth* in suis praelect. ad h. t. *aut causa conjugii non inter ipsos conjuges, sed alios puta filium & extraneum, vel inter unam conjugem & filium incidenter ventilaretur.* *Thom. Mich.* de jurisd. concl. 42. lit. d. *Super nullitate quoq; processus*
CC *in his non denegantur. Bes.* d. c. 7. nu. 5. *cc) Diversa tamen causa est quaestionis usurarum.* Rec. Imp. de Anno 1509. 39 48. tit. von Wucherlichen Contracten. *Mol.* d. us. n. 87. & seqq. & n. 155. *Ut & absolutionis juramenti ad effectum agendi. Gail.* 1. obs. 15. *Bodin.* 3. de Rep. 3. f. m. 443. *Cum in his ex constitutionibus Imperii Camerae jurisdictio sufficienter fundetur, ut civilia negotia per se ad Cameram pertinentia, ob adjectionem juramenti, judicibus Ecclesiasticis remitti nulla exigat necessitas.* *Thom. Mich.* concl. 40.

V.

Sententia verò à qua appellatur, Jure nostro civili *a)* debet esse definitiva *b)* tantùm, eaq; valida; *c)* non verò interlocutoria, *d)* nisi vim definitivae, *e)* aut gravamen irreparabile contineat:

tineat: *f*) Jure verò Pontificio indistinctè ab omni gravamine, tàm ante quàm post litis contestationem, tàm in prolatione sententiæ quàm post, appellandi facultas concessa est. *g*)

a) *Quo hodie in terris Imperii utimur.* Ord. Cam. p. 2. t. 28. §. ult. *Gail.* 1. obs. 129. n. 1. *Myns.* 4. obs. 43. *Bender.* d. Revis. concl. 28. n. 14. cum seqq. *P. Greg.* l. 2. c. 3. nu. 7. & c 4. in pr. *ubi in Gallia quoq; prævalere testatur.* *b*) d. 5. th. 2. lit. b. *quod si separata contineat capitula, ab uno poterit appellari* l. 17. ff. h. t. l. 29. §. 1. ff. de minor. *c*) *Nam quæ ipso jure nulla est, in ea appellatio non tàm desinit, quam omninò provocare non est necesse* l. 12. 19. ff. h. t. l. 27. C. eod. t. t. ff. d. app. rec. t. t. C. quando prov. non est nec. l. 40. §. 1. ff. de judic. l. 2. & 3. C. sent. resc. non pos. l. un. C. qui pro sua jurisd. c. inter cæteras ext. de sent. & re jud. *Mar.* h. t. n. 352. *Petr. Greg.* h. tr. l. 2. c. 16. *cum speciali nullitatis via possit peti,* *Myns.* 5. obs. 92. cum seqq. *Gail.* 1. obs. 135. & 127, & 144. num. 6. *Siquidem duo diversa sunt remedia; Appellatio & Nullitas; quamvis etiam per appellationem, ut hodiè plerumq; fit, ipsa nullitas induci possit tàm principaliter, quàm incidenter.* *Rutg. Rul.* d. commiss. p. 3. l. 9. c. 17. num. 5 & 6. *Mynsing.* 5. observ. 91. *Incidenter autem induci dicitur, quando disjunctim appellatur; Dico sententiam esse nullam & si qua est appello.* *Myns.* d. obs. 91. *Wes.* hîc. nu. 9. fac. c. 8. d. in integr. restit. *Imò in omni appellatione nullitas tacitè devolvitur, adeò ut judex eam ex officio attendere debeat, licet ab appellante allegata non sit* *Gail.* d. obs 127. nu. 2. *Myns.* 1. obs. 20. *Guido Papæ* h. tr. n 37. *P. Greg.* d. c. 16. n. 4. & 6. *Potest autem nullitas deduci usq; ad 30. annos secundum receptam in Cameræ opinionem.* *Gail.* d. obs 127. nu. 8. *Myns.* 5. obs. 52. *P. Greg.* d. loc. nu. 8. *d*) *Quæ in terminis interlocutionis merè simpliciterq; consistit, ut quæ profertur intra principium & causæ finem, non super principali negotio, sed incidentibus super quæstionibus ordinem judiciarium potissimum respicientibus, quâq; nullo modo summa causæ directò vel per indirectum definitur, sed præparatur solummodo.* l. 36. C. de app. rec. l. 2. ff. de appell. rec. l. 5. §. 3. & l. 7. cum gloss. C. quor. app. non rec. l. 13. 16.

A B C D

C. de judic. l. 2. C. de Episc. aud. *Cujac.* in π. C. ad t. d. sent. & interloc. *Gail.* 1. obs. 129. & 130. *Mar.* h. t. n. 303. *Clariss. Dn. Præcept. Arum.* disp. ult. th. 16. *Bes.* d. cap. 7. nu. 6. *P. Greg.* d. l. 2. c. 4. *Cum enim vitia hujusmodi interlocutionis facilè per appellationem à definitiva, aut aliam etiam interlocutoriã ab eodem judice emendari possint* d. l. 36. C. h. t. l. quod jussit. ff. de re jud. *meritò provocationes ab iisdem institutæ tanquam moratoriæ & frustratoriæ rejiciuntur* d. l. 13. 16. C. de jud. d. l. 36. *ubi articulum cum Cujac.* 12. obs. 6. *pro interlocutoria accipimus, contra Alciat.* 11. parerg. 12. *Nam si ut quidq; in quavis judicii parte jussum vetitumve, ut de testibus producendis, &c. appellare licet, ex una lite infinitæ, fientq; lites immortales, ut Gallia suo malo experitur Clar. Dn. Hill.* in Don. enucl. d. c. 6. lit. Nn. *Non igitur appellatur à sententia judicis, quâ dicit se Principem consulturum, aut à rescripto secundum literas ad partium consensum missas, lato,* l. ult. ff. quand. app. l. 34. C. h. t. *at benè ab effectu vel sententia ex eo publicata* l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 2. ff. de app. rec. l. 2. 34. C. h. t. l. 1. C. de relat. *v. P. Greg.* l. 2. c. 2. & *Bes.* cap. 2. nu. 11. *Gail.* 1. obs. 14. n. 6. & 2. obs. 58. n. 7. *Heig.* q. 10. n. 23. p. 1. *Clar. Dn. Præcept. Hillig.* in Donell. enucl. d. c. 6. lit. z. *Illud specialiter favore studiosorum receptũ, ut ab omni interlocutoria appellare possint.* per Auth. Habita. ibi ab omni injuria C. ne fil. pro patre. & ibi Bl. n. 14. Cyn. n. 13. Salicet. num. 26. Rebuff. tr. de priv. schol. 163. uti eos allegat *Pet. Greg.* d. l. 2. c. 3. nu. 6. & c. 4. n. 12.

E *e) Ut quando non definitur quidem directè causa principalis, attamen per indirectum tangitur ac determinatur articulus, qui ad causæ principalis merita & victoriam pertinet, vel jurisdictionem pronunciantis perimit, ut alia post eam sententia non speretur* l. 9. C. de sent. & interloc. l. 39. ff. de minor. c. significasti. d. off. del. text. in O. C. t. 29. §. Unnd so von. cum. §. seq. p. 2. *Gail.* d. obs. 130. nu. 5. cum seqq. & obs. 132. *Hartm.* t. 19. obs. 27. 12. 13. 17. *Mynſ.* 3. obs. 88. *Treutl.* hîc th. 5. lit. f. *Ubi ita procedendum, ac si à definitiva appellatum esset, docet Clar. Dn. Præc. Hill.* in Don. enucl. d. c. 6. lit. Ll. in not. *Cùm aliàs in appellatione ab interlocutoria ipsum gravamen expressè designare oporteat.* Gail. d. obs. n 30. nu. 1. *Hartm.* d. t. 19. obs. 16. *& ubi à tali interlocutoria, quæ jus alicujus*

cujus totum absorbet appellatum, postea non locum esse appellationi à definitiva, post Gofr. Dambud. tradit Clar. Dn. Hill. d. loc. *v. tamen Hartm.* d. t. 19. obs. 18. *Et unà cum citatione inhibitio quoq; in Camera decernitur, adeoq; per omnia definitivæ comparatur Gail.* d. obs. 130. nu. 5. & 7. *Cavendum igitur, ne cum interlocutoria simpliciter appellabili confundamus hanc, quæ vim definitivæ habet* v. O. C. d. §. 3. 4. *Gail.* d. loc. *Talis verò est, quæ absolvit ab instantia vel observatione judicii. Gail.* d. obs. 130. num. 6. *Myns.* d. obs. 88. *Bes.* d. c. 7. n. 7. *Nam quæ ab intentione actoris purè definitiva est. Item sententia incompetentiæ Gail.* d. obs. 130. n. 9. *Myns.* 3. obs. 35. *Hartm.* d. t. 19. obs. 23. *Nam sententia competentiæ est simplex interlocutoria, appellabilis tamen, Gail. Myns. Hartm.* dd. loc. *Pet. Greg.* d. l. 2. c. 4. n. 11. per cap. significante de rescript. *quamvis in Camera ista differentia tàm accuratè non observetur, teste Gail.* d. obs. num. 10. *Item omne præceptum judicis de dando vel faciendo. Gail. Myns.* dd. loc. *quamvis factum absq; libello, nec ordine servato judiciario Bes.* d. n. 7. in f. *Item quâ quis major vel minor, prodigus vel alio modo inhabilis pronunciatur.* l. 39. pr. d. minor. *quâ judicatur exceptionem peremptoriam obstare vel non; probatum esse, vel non, Myns.* d. loc. *quæ fertur sine solennitatibus in definitiva requisitis injungens nihilominus id quod injungeret definitiva. Bes.* d. c. 7. *Item quæ post definitionem causæ, maximè super expensis fertur. Myns.* 2 obs. 22. *Pet. Greg.* d. l. 2. c. 17. *Bes.* d. cap. 7. num. 8. *Item quâ pronunciatur super desertione appellationis interpositæ à sententia definitiva. Myns.* d. obs. 88. & 3. obs. 36. *Bes.* d. c. 7. num. 7. *Treutl.* d. th. 5. lit. f. *Non verò interpositæ à sententia interlocutoria; quæ simpliciter appellabilis tantum est, ideoq; in scriptis causa legitimè inserta fieri debet. Myns.* d. loc. *Et obiter notandum, quod si quis appellet ab interlocutoria, & judex non admittat appellationem tanquam ex frivolis causis interpositam, tunc nisi ab ista non admissione seu denegatione appellationis interpositæ pariter appelletur, appellationem censeri desertam, nec posse tale gravamen reparari per appellationem à definitiva. Myns.* 2. obs. 49. *Sed quid de sententia sequestri faciendi? Appellabilem quidem esse, sed non vim definitivæ habere putarem. Mar.* h. t. n. 307. *confer Myns.* 2. obs. 11. & 5. obs. 35. *Anne idem dicendum in sen-*

*tentia de exequendo.N. cum Cl.Dn.Prac.Aru.*disp.ad π. ult.θ.15. *M.v.*h.t.n 260 *Si tamen nō esse exequendum id,* ꝙ *pridem pro parte implorante statutum fuit, decernatur, semper & indistinctè etiam non* ꝑ*ditâ gravaminis causâ appellationis patet remediū.* l. 6. C. de exec.rei jud. *Bes.*d.n.8. *P.Greg.*d.l. 2.c.11.n.9 *Ubi v. appellatio ab exccutione admittitur, res sequestrantur & fructus deponuntur.* l.5. C.quor.app.non rec. *P.Greg.*d.c.11.n.3. *Clud.*tr.d.jure sequestr.

F c.5.casu 11.n.59.*prout eum allegat Bes.*d.c.7.n.8.*f)* d.l.2.d.app. rec.O.C.p.2 t 28.§.ul.d.t.28.§.Wo aber.3.*Gail.*1.obs. 129.130. *Myns.*4.obs.43.*Talis interlocutoria est quâ irrogat judex torturā, vel etiam tantummodo minatur* c.cum cessante 60.ext.h.t.*P.Gr.* c.4.n.6.*tàm in civili* q̄ *crim. si contra leges hoc faciat, negotio* d.l.2. d.ap.rec.l.1.pr.& §. 18.l.18.§.2.ff d.q. *P Greg.*d.c.4.n 4 *nisi jam de crim. per indicia sufficienter constet. Mar.*h.t.n 329. *Item sententia prahensionis & incarcerationis. Wes.* in π.hîc n.8. *P.Gre.*d.c.4. n.18. *Moll.*4.sem.34. *Carcer n. mala mansio est & species tormenti* per l.7 ff. depos. *Item sententia quâ alicui imponitur ne certo loco abeat. P.Greg.*d.c.4. nu.61. *Item sententia banni, nisi bannitus sit verus contumax. P. Greg.* d. loc. *vel ob aliquod delictum in banni pœnam condemnatus esset. Nam tum sententia banni esset purè definitiva. v.Gail.*2.d.P.Pc.5 per tot. *Item sententia,* q̄ *habet impensionem* ꝑ*petui silentii ex l. diffamari. Gail.*1.obs.132.*Bes.*d.c.7. n. 7 q̄ *admittit libellū obscurū aut ineptum* c.49.ext.h.t.*Guid.Pap.*h. tr. n.45. *P.Greg.* d.c.4.n.8.9 q̄ *minùs idoneam satisdat. sufficientem pronunciat. Bes.*d.c.7.n.6.*P.Greg.*d.c.4.n.7.per l.9.cum seq ff.q satisd.cog *quæ nimis brevem assignat terminum ad edocendum de exceptione litis ingressum impediente. Bes.*d.n. 6. *eademq; ratione à citatione appellari posse asserimus, si videlicet dilationes legitimæ in ea nimium arctentur, vel ad locum non tutū quis citetur, maximè si peremptoria fuerit.* c.47.extr.h.t.c.1.ext.d.dilat. *Clar.Dn.Prac. Beutb.*in d.præl.*Bes.*h.tr c.7.n.6.*Pet.Greg.*l.2.c.15.per tot. *vel si quis citetur per edictum publicè propositum qui potuisset citari per nuncium aut literas, quia hæc citatio per edictum est quodammodo famosa. P.Greg.*d.loc.*Et generaliter in omnib.causis, in quibus non potest appellari à definitiva, non censetur* ꝓ*hibita appellatio ab interlocutoriis,* q̄ *ante sententiam definitivam emergunt, etiam de jure civili; quia tum nulla speratur relevatio seu reparatio post definitivam. Mar.*h.t.n.366.*Bes.* c.2.n.20.in f.h.t. *Cl. Dn. Prac. Beutb.* in d.tr.c.4.in f *g)*c.12.59.99.& 60.ext.h.t.c.1.c.3.§.quod si ob-

jiciatur h.t. in 6 *Fach.* 1. contr. 80. *Bes.* h.tr. c. 7. n. 6 *P. Greg.* l. 2. c. 3. n. 7. & c. 4. per tot. d. s. §. 2. lit. c. *Cui jus Sax. consuet. in hoc convenire notant Reinh. in diff. Zob.* p. 1. diff. 41. n. 9. *Wesenb.* hic. nu 8. *quæ tamen juris civilis & Can. hac in parte differentia, novissimo Concilii Trid. decreto sublata videtur. P. Greg.* d. c. 3. n. 7. *Bes.* d. n. 6.

VI.

Appellare autem possunt omnes *a*) sententiâ judicis per condemnationem qualitercunque aut aliis modis gravati, *b*) sive unus sive plures, [qui tamen, si socii vel correi fuerint, unius non tantùm provocatio, sed & victoria cæteris quoq; prodest, *c*)] sive proprio *d*) sive alieno nomine, ut procuratorio, *e*) tutorio, *f*) &c. sive directo, *g*) sive per consequentiam, puta ratione probabilis interesse. *h*) Rectè igitur appellat Dominus territorii pro subdito; *i*) Episcopus, Abbas, *k*) Capitulum, *l*) civitas, *m*) senior, *n*) pro subjecto, Clerico, Monacho, Episcopo, cive, vasallo, & vice versa; *o*) pater quoq;, mater, *p*) conjunx, *q*) cognatus, *r*) pro liberis, conjuge, cognato, & contra; *s*) Itē emptor, venditor, *t*) creditor, *u*) fidejussor, *x*) pro venditore, emptore, debitore, reo, cohæres pro cohærede, *y*) legatarius pro hærede per inofficiosi querelā victo. *z*) &c. & si qui sunt similes. Nec solùm appellare his, sed & appellationi ab alio interpositæ adhærere conceditur. *aa*) Illud specialiter humanitatis ratione receptum, ut pro eo, qui ad supplicium ducitur omnis appellans audiatur. *bb*)

A *a)* l. 6. 20. 30. C. h. t. l. 1. in f. & l. 25. ff. eod. l. 3. ff. rem. rat. hab. c. 1. c. omnis oppressus. c. ad Rom. c. ideo. 2. q. 6. O. C. t. 28. in pr. p. 2. *quæ regula aliàs in prohibitoriis usitata.* l. 12. ff. de jud. l. 8. ff. de accus. l. 28. §. 2. ff ex quib. caus. major. l. 43. §. 1. ff. de procur. fac. rubr. l. quib. non est perm. fac. testam. & rubr. C. quor. app. non rec. *eamq; vim habet quamdiu in his non constat quem prohibitum esse, etiamsi nihil quicquam ullibi de ejus permissione legatur pro non prohibito esse computandum*, per d. l. 43. §. 1. ff. de procur. *adeò ut in dubio appellationi deferendum potius quàm contra eam ceu desertam pronunciandum comm. Dd. existiment* per l. 6. ff. de app. rec. *Gail.* 1. obs. 81. nu. 10. 11. *Non igitur ab hoc beneficio excludimus excommunicatum & bannitum, etiam quoad utrumq; effectum, in alia causa quàm ex qua banniti vel excommunicati fuerint.* c. 5. & ibi gl. & Dd. comm. extr. de except. *Gail.* 2. d. P. P. c. 12. n. 15. cum seqq. *P. Greg.* l. 5. c. 1. nu. 19. *Nam ab ipsa sententia excommunicationis vel banni devolutivè tantum appellare possunt*, per c. 37. & 40. extr. h. t. *Clar. Dn. Præc. Beutb.* in suis prælect. *v. Bes.* h. tr. c. 5. in pr. *quod de jure Can. accipio. Jure enim civili etiam quoad utrumq; effectum bannitus recipiendus esset*, per l. 6. §. 1. ff. de his qui not. inf. l. 1. §. f. ff. ad SC. Turp. l. un. §. f. ff. nihil innov. app. interp. l. 32. §. 3. C. h. t. *Clar.* §. homicid. nu. 64. *Dn. Joh. Georg. Becht.* tr. de secur. & salvo concl. 119. in fin. *Cum verò hodiè in Germania appellatio in criminum causis sublata sit, non inutiliter quæri potest: Num & revisio contra sententiam banni declaratoriam in Camera latam petita ac legitimo tempore interposita effectum ejus suspendat, ita ut bannitus pendente Revisione offendi non possit? v. pulchrè in utramq; partem Dn Joh. Georg. Becht.* in d. tr. de secur. concl. 120. & 121. *pro affirmat. concludentem. Adde Gail.* 2. d. P. P. c. 5. n. 5. in f.

B *b) maximè de Jure Can.* d. th. præced. in f. *Gravatum autem hic non tantùm eum intelligimus, qui re ipsa & verè gravatus est iniquè, sed omnē qui se probabiliter sententiâ vel decreto judicis gravatum opinatur* c. si quis putaverit. 7. cap. 8. quoties. 2. q. 6. l. 13. in f. ff. h. tit.

C *c) modò unâ sint sententiâ non separatim condemnati* l. 10. in pr. l. 17. ff h. t. *defensio quoq; sit communis & eadem ratio vincendi.* l. 10. §. f. ff. h. t. l. 1. & 2. C. si un. ex plur. *Pistor.* l. 1. quæst. 47.

Gail.

Gail. 1. obſ. 70. & 122. *Mynſ.* 2. obſ. 66. *Mind.* 3. c. 16. *Hartm.* pract. obſ. t. 5. obſ. 10. *Beſ.* h. tr. c. 5. n. 4. *Pet. Greg.* l. 5. cap. 1. num. 4. *etiamſi nomina conſortium ſpecialiter libello expreſſa non fuerint. Mynſing.* d. obſ. 66. *abſq; omni rerum in judicium deductarum diſtinctione, dividuæ illæ ſint vel individuæ, corporales vel incorporales. Piſtor.* d. q. 47. n. 2. & 8. *ſciverit vel ignoraverit quis conſortē provocaſſe; licet ſcientiam exigat Piſt.* d. q. n. 23. *non obſtante quoq; eo, ſi dixiſſet appellans ſe ratione proprii tantùm intereſſe haud alterius commodo provocare,* arg. l. 10. §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. 1. §. f. ff. ſi tab. teſt. nul. extat. und. liber. *Piſt.* d. q. n. 11. *Gail.* d. obſ. 70. nu. 7. *Ut nec ejus habitâ ratione, ſi is qui provocavit cum adverſario tranſegit, vel etiam appellationi renunciavit. Piſt.* d. q. n. 10. *Gail.* d. obſ. 70. nu. 9. *Quod & ad correos in criminalibus plerīq; rectius extendunt, adeò ut quamvis eorum quis ſententiæ acquieſcere velit, nihilominus ei victoria conſortis proſit,* arg. l. 6. ff. h. t. *Clar.* §. fin. q. 94. n. 4. *Mind.* 3. c. 16. ſect. 4. *Piſt.* d. q. n. 12. *Beſ.* d. c. 5. n 4. *Dn. Beuth.* in ſuis prælect. *Minoris tamen reſtitutio, majori qui non provocavit parum commmodat* l. 2. C. ſi un. ex plur. *niſi cauſa ſit individua.* l. 10. pr. ff. ſervitut. quemad. amitt. *Imò non tantùm conſorti, ſed etiam appellato (qui aliàs ſuper expenſis non appellat, cum judicis officio poſſit ea recuperare* l. ult. C. quand. prov. non eſt nec.) *provocatio appellantis prodeſt* l. ult. in pr. C. h. t. arg. l. 1. ff. de ſolut. l. 1. C. eod. *Mynſing.* 2. obſ. 21. *Gail.* d. obſ. 122. nu. 3. *ſcilicet in eo ipſo capitulo in quo fuerit appellatum vel connexo, non in alio.* gl. ad d. l. 39. in pr. C. h. t. *P. Greg.* d. l. 5. c. 1. nu. 6. *etiamſi in tali cauſa conſtitutus ſit, ut ipſe appellare non poſſit,* fac. l. 6. C. de temp. in integr. reſtit. *adeò, ut nec ei renunciatio, (niſi fiat causâ adhuc integrâ* v. j. th. ſeq. lit. m.) *tranſactio vel deſertio provocantis obſit. Mynſing.* 2. obſ. 59. *Gail.* d. obſ. 70. nu. 9. & 122. nu. 3. *quamvis in hoc juris puncto ſtylus curiarum Gallicarum aliud obſervet Petr. Greg.* l. 5. c. 1. nu. 6. & c. 3. nu. 52. *d) & talis* D
vel in propria perſona, vel per procuratorem appellare, atq; appellationis litem perſequi poteſt, modò talis ſit cauſa quæ procuratorem admittat. l. 1. & 2. ff. an per al. cauſ. app. l. 2. C. de procur. *e)* E
l. 4. in f. ff. h. t. l. 9. C. eod. l. 17. C. de procur. *& infinitis aliis. An verò & quatenus procurator appellare teneatur, varias Dd.*

 com-

comminiscuntur distinctiones ad d. l. 17. C. de procur. & c. 14. ext. eod. *Nos omissis illis omnibus statuimus quemvis procuratorem ad litem sive ad agendum datum, & appellare & appellationis litem exercere non posse solum, sed & ni mandati teneri malit debere* per d. l. 17. *ubi Sichard.* n. 4. & Dd. com. C. de proc. l. 46. § 3 ff. eod. l. 2. ff an per al. caus. app. l. 8. §. 8. ff mand. d. c. 14. ext. d. procur. *Myns.* 2. obs. 17. *Hartm.* t. 19. obs. 3. *Gail.* 2. obs. 139. n. 9. *Wurmbs.* t. 24. obs. 3. *Rutg. Rul.* p. 4. l. 8. t. 13. n. 26 *Bes.* h. tr c. 5 n 7. *P. Greg.* 5. c. 1. n. 13. *sive sententia sit interlocutoria sive definitiva* d. l. 17. *Gail.* d. n. 9. *sive generaliter sive ad unicam tantum causam datus sit* l. 17. §. 16. ff. de injur. *Treutl.* v. 1. D. 9. th. 3. lit. c. *non verò ad unicum tantum actum, ad accipiendum puta libellum, vel audiendam sententiam, tùm enim ne posset quidem* argum. l. 5. ff. mand. l. 21. in f. C. de proc. *Gail.* d. obs. n. 11. in f. *Bes.* d. cap. 5. num. 7. *Treutl.* d. loc. *Mynsing.* 1. obs. 46. *idq; si velit etiam per alium procuratorem, cum litis contestatione Dominus litis sit effectus* l. 4. in f. h. t. *nisi ab interlocutoria appellatum sit Treutl.* dict. th. 9. lit. c. *Vel saltem, si paupertate, infirmitate, vel simili causâ impediatur, intra decendium Domino non solùm ignoranti, sed etiam scienti denunciare debet sententiam contra ipsum latam esse,* d. c. 14. extr. de procur. *Gail.* d. obs. n. 9 *Treutl.* d. loco. *alterutrum, si factum non fuerit, sententia transit in rem judicatam, & negligentia procuratoris nocet Domino, si sit solvendo, sin minus, consulitur ei beneficio in integrum restitutionis,* fac. l. 12. ff. de furt. l. 23. ff. de minor. *Gail.* d. n. 9. & obs. 143. n. 6 & obs. 45. per tot. *Hartm.* d. t. 19. obs. 5. *Pistor.* 1. q. 36. *Myns.* 2. obs. 17. *Rutg. Rul.* d. p. 4. l. 8. t. 13. nu. 41. *An autem interpositam appellationem procurator persequi teneatur, æquè controversum est? Placet communis opinio, quod appellationem ab interlocutoria prosequi debeat, sed non à definitiva* l. 10. C. h. t. d. c. 14. extr. de procur. *Gail.* d. n 9. *Wurmbs.* t. 5. obs. 9. *Bes.* d c. 5. n. 7. *P. Greg.* l. 5. c. 1. n. 13. *Boc.* disp. 5. th. 65. class. 5. *Dn. Praecept. Arum.* disp. ad π. 5. th. 16. *imò etsi sponte velit persequi, non aliter quàm quivis alius oblatâ satisdatione admittetur Wurmbs.* d. obs. 9. *Arumaeus* d. loc. fac. constitutio Zenonis restituta à *Cuj.* c. 13. obs. 5. *nisi sit procurator generalis ad omnes causas & lites futuras & praesentes datus, nam is appellationem à definitiva quoq; prosequi debet,*

bet, d.obs.139.n.11. *Wurmbs.* d.loc. *Bes.* d. n. 7. *Eademq́ est ratio Syndicorum, tutorum & curatorum. Bes.* d. c. 5. n. 9. *f) vel* F
Curatorio: quin imò appellare tenentur, modò bonam causam foveant l. 6. l. 11. C. de admin. tut. *Bes.* d. c. 5. n. 9. *Duar.* hic.c.2. *& appellationem interpositam prosequi, nisi finita fuerit tutela vel cura, & rationes reddiderint, eademq. est hæredis ipsorum ratio.* l.24. § 1. l. 24. l. ult. §. ul. ff. h.t. l. 10. C. eo. *liberum tamen est iis, quorũ tutela vel cura jam finita est, litem cœptã proprio nomine persequi* d. ult. §. ult. d. l. 10. C. h. t. *Duar.* d. c. 2. *Sed quid de negotiorum gestore? sub distinctione bonæ & malæ causa appellare & hunc debere concludimus* l. 31. §. 2. ff. d. N.G. l. 17. § 3. ff. commod. *g)* G
Quo in numero sunt omnes sententiá judicis nominatim condemnati, vel ad Magistratum aliaq́ civilia munera evocati l. 21. §. 2. ff. h. t. l. 4. 7. 11. C. eod. l. 1. C. si tut. vel cur. Mag. creat. app. l. 5. C. quando prov. non est nec. l. 4. C. de jure patron. l. 1. ff. de vac. mun. *Ordine sive officio suspensi, abstinere jussi atq; remoti* l. un. §. 4. ff. nihil innov. app. pend. *quamvis & injuriarum agere aliisq; remediis possessoriis uti possint. Clar. Dn. Præc. Beuth.* in prælect. ad hunc tit. *Officiales condemnati à proprio judice in causa patrimoniali, secus ob delictum in officio commissum* l. 3. C. quor. app. non rec. c. 3. ext. h. t. *vide omnino P. Greg.* In tr. lib. 2. cap. 10. *h)* l. 4. §. 2. l. 5. pr. & §. 1. l. 14. ff. h. t. l. 2. §. 1. & ult. ff. H
quand. app. l. 1. ff. de app. rec. c. non solent. 2. quæst. 6. cap. cum super de re jud. *Gail.* 1. obs. 70. & 122. *Rutg. Rul.* p. 4. l. 8. c. 13. n. 26. *Hartm.* pract. obs. t. 5. obs. 10. *Wes.* hic. nu. 7. *Duar.* h. c. 2. *etiam is cujus potest interesse in futurum, post Surd.* cons. 271. n. 19. *Bes.* d. c. 5. nu. 2. *modo hoc interesse non sit separatum à jure principalis Gail.* 1. obs. 69. & 70. num. 24. *Pet. Greg.* l. 5. cap. 1. num. 21. *ac de eo prius doceatur saltem summariè, aut probetur semiplenè, Gail.* dict. observ. 69. & obs. 70. num. 23. *Clar. Dn. Præcept. Hill.* in Donell. enucl. hic. c. 6. lit. q. *& nuncupatim causæ seu gravamina exprimantur Hartmann.* d. obs. n. 10. *Gail.* d. obs. 122. n. 5. *Rutg. Rul.* d. n. 26. *& decendium alias præstitutum observetur. Gail. Hartm.* dd. loc. *Covarr.* pract. qq. 15. *Quid verò si condemnatus ipse forte quia tertio provocare non licet, vel aliam ob causam a beneficio appellationis arceatur, adhuc ne appellatione uti poterit tertius*

pro suo interesse? Affirm. tum si litem tractari usq; ad conclusionem causæ ignorârit, secus si sciverit, nec statim se interposuit per l 63 ff. de re jud. & ibi com. Dd. t t. quib. res jud. non noc. *Gail.* d. observ. 70. nu. 25. 26. *Covarr.* d q. 15. n 8. & seqq *Cujac.* 12. obs. 25. *Hartm.* d. obs. 10. *Judice quoq; cum clausula, appellatione remota, dato, tertius inde oppositor appellare non prohibetur.* *Gail.* d. obs. 70. n. 12. & 72. nu. 5. *Covarr.* d. q. nu. 4. *Bocer.* class. 5. disp. 11. th. 69. *Bes.* c. 5 nu. 2. *Treutl* hic th. 4. lit. b. *Et hac igitur tertii appellatio quandoq; omninò necessaria est, nempe cum inter alios dicta sententia alicui etiam ignoranti præjudicat; quandoq; ex scientia fit talis; quandoq; vero utilis tantum est provocatio, cum scilicet alteri nec scienti præjudicat, indeq; adhuc integra quidem est defensio, sed tamen sententia saltem quoad præsumptionẽ nocet, vel executio sententiæ tertio infert præjudiciũ aut damnum aliquod.* l. 63. ff. de re jud. l. 5. in pr. ff. h. t. t. t. C. quib. res jud. non noc.

I *i) Quod tamen non indistinctè in quacunq; subditi causa admittimus* per c. 4. d. priv. in 6. c. non solent. 2. q 6. l. 46. §. 2. & l. 53. ff. de procur. *ne quis gravetur adversario potentiore*, contra l. 1. in f. & l. 3. à pr. ff. de al. jud. mut. caus. fact. t. t. C. ne lic. potent. advers. *sed tum demum, cum præjudicium ipsius vertitur, puta si alius subditis collectas imponere, si eos turbare, spoliare, mulctare, punire, sub jurisdictionem trahere nitatur, vel in contumeliam Domini injuriâ afficiat, vel simile quid machinetur, quod Magistratum ipsum, etsi non principaliter, per consequentiam tamen concernat.* arg. §. 2. & 3. I. de injur. l 15. § 34. cum seqq. ff. eod. l. 15. 18. ff. h. t. *Gail.* 1. obs. 125. & 126. *Guido Papa* h. tr. nu. 23. *Petr. Greg.* h. tr. l. 5. c. 1. nu. 24. & 26. *Bes.* d. c. 5. nu. 2. *quæ appellatio subditis adeò prodest, ut attentata pendente appellatione facta revocentur,* *Gail.* d. obs. 126. *Bes.* d. num. 2. *Quod si tamen Dominus ignorasset litem contra subditos motam, et in possessione non fieri præjudicium (quod tamen scienti*

K *fit) omnes autores & jura conveniunt, teste Bes.* d. c. 5. n. 2. *k)* c. 55. extr. h. t. *Gail.* d. obs. 126. nu. 6. *Guid. Papa.* h. tr. nu. 24. *Petr.*

L *Greg.* l. 5. c. 1. nu. 23. *Treutler.* hic. th. 2. in f. *l) putà si factum Episcopi lædat Ecclesiam, aut in ejus vergat præjudicium* c. dilecti 13. extr. de major. & obed. ubi. CC. *Gail.* 1. obs. 70. nu. 14. & d. obs. 126. nu. 6. *Petr. Gregor.* l. 5. c. 1. nu. 25. *Hinc si cum Episcopo*

ſcopo lis ſit ad evitandas cavillationes cautio eſt, ut capituli quoq; conſenſus exigatur. m) Gail. d. loc. *Beſ.* d.c.5. n. 2. *n) Gail.Beſ.* M N
d. loc. *victo quoq; vaſallo, agnati ut provocent neceſſe eſt; iis enim etiam non citatis, vel litis habentibus notitiam ſententia præjudicat Facbin.* 7. controv. 103. *Vult. 2.* feud. c. ult. n. 3. *o) puta* O
ſinguli ſubjecti, vaſalli, pro Domino vel Seniore de jure ſubjectionis vel vaſallagii judicio contendentis; ſinguli cives, clerici, pro Rep. capitulo; quippe quod univerſos lædit, non poteſt non per conſequentiam ſingulis obeſſe l. 3. §. ult. ff. de oper. novi nunc. d.c. 13. & ibi Dd. n. 2. d. major. & obed. *Beſ.* d. n. 2. *p)* l. 2. §. 2. P
ff. quand. app. l. 1. §. 1. ff. de app. rec. *Petr. Greg.* d. l. 5. c. 1. n. 15. & 16. *q) Ut maritus pro uxore, ſine ulla ſatisd. vel cautione de rato,* Q
tàm in dotalib. quàm paraphernalibus, arg. l. 11. 30. C. de jur. dot. l. 9. C. de R. V. l. 75. l. 7. §. 3. ff. de jure dot. l. f. C. de pact. conv. *Coraſ.* 5. Miſc. 14. *Zaſ.* 2. ſing. intell. cap. 5. *Mynſing.* 3. obſ. 53. *Gail.* 1. obſ. 133. num. 7. *in recepticiis tamen cum cautione de rato* l. 21. C. de procur. & ibi gl. *Gail.* d. obſ. 133. nu. 5. *Wurmbſ.* t. 37. obſ. 7. *Clar. Dn. Præcept. Arum.* diſput. ad π. 5. th. 17. *Beſ.* d. c. 2. n. 10. *Treutl.* v. 1. diſp. 7. th. 7. lit. f. *Diſſ. Mynſing.* 3. obſ. 53. *ſpeciale mandatum exigens. Uxor quoq; pro marito captivo,* arg. l. 3. §. 2. de liber. cauſ. *non verò alias abſente* l. 4. C. de procur. l. 2. de R. J. l. 1. §. 1. ff. de poſtul. fac. §. 2. Inſt. de injur. *Gail.* d. obſ. 133. nu. f. *& ſic in Camera pro liberando marito captivo admittitur, teſte Gail.* d. loc. *r) cum* R
cautione tamen de rato l. 35. l. 40. §. 4. ff. de proc. l. 12. Cod. eod. l. 2. §. 11. ff. de liber. cauſ. l. 1. & 2. de accuſ. *Et generaliter quibus in cauſis ſine mandato agere conjunctis, in iis quoq; appellare conceditur* arg. l. 1. §. ult. ff. an per al. cauſ. app. l. 2. §. 3. ff. quand. app. *Gail.* d. obſ. 133. num. 2. *quod tamen pariter de amicis, ut Jaſon, & alii* in d l. 12. *exiſtimant, non eſt receptum. Gail.* d. obſ. 133. *s) ut filiusfam. pro patre* l. 23. §. 2. ff. h. t. l. 12. C. S
de procur. l. 35. ff. h. t. *Duar.* hîc. c. 2. *Beſ.* d. c. 5. nu. 10. *Petr. Greg.* d. l. 5. cap. 1. n. 14. *ut tamen patrem ſuum ratum habiturum caveat.* d. l. 35. l. 40. §. ult. ff. & l. 12. C. de procur. l. 9. §. 1. ff. de comp. l. 2. §. 2. ff. ſol. matr. *non pro ſe, ſive proprio nomine, in bonis tàm adventitiis quàm profectitiis citra mandatum,* d. l. 23. §. 2. ff. h. t. *Duar.* d. c. 2. *t) alterutro de proprietate rei* T

empta vel vendita, *victo* l. 4. §. 3. ff. h. t. l. 10. C. de evict. *Bes.* d. c. 5. n. 2. & 6. *Imò emptor victus, si bonam causam habeat, appellare tenetur, etiamsi venditor præsens sit, per ea quæ habet Fach* 2. contr. 39 *an & appellationem prosequi?* omnino l. 5. 3.
O §. 2. ff. de evict. *Tertius quoq; possessor in quem translata res litigiosa, & appellare & executionem impedire potest.* Bes. d. loc. *Co-*
V *varr.* pr. qq 16. n. 6. *Gail.* 1. obs 118. *u) debitore de pignore victo,* l. 4. §. 4. ff. h. t. *ut tamen contra debitorem dicta sententia etiam quoad pignus creditori obsit, eius requiritur citatio* d. l. 4. §. 4. arg. l. 3. ubi Goth. ff. de pignor. l. 63. vers. scientibus. ff. de re jud.
X *Bes.* d. n. 2. in f. *x)* d. l. 5. in f. pr. ff. h. t. §. 4. Inst de replic. *Rut. Rul.* p. 4. l. 8. t. 13. nu. 26. *etiamsi judicatum solvere adpromiserit*, arg. l. 5. §. 1. ff. rat. hab. *Bes.* d. n. 2. *interest enim ipsius non solvere potius, quàm solutum repetere* l. 15 ff. d. fid. l. 3.
Y d. compens. *y)* d. l. 5. h. t. *quamvis enim ei integra adhuc sit defensio* l. 63. ff. de re jud. l. 25. ff. de except. rei jud. *attamen sententia quoad præsumptionem nocet, cum condemnato herede is*
Z *quoq; videatur condemnatus. z)* d. l. 5. §. 1. & 2. l. 14. ff. h. tit. l. 29. de inoff. test. *idq; sive colluserit heres, sive bonâ fide (de quo tamen inter Dd. non constat) causam agens damnatus sit.* l. 51. §. 1. ff. de leg. 1. & d. l. *licet hodie ex quo nihilominus relicta intestamento debentur.* N. 115. c. 3. in f. Auth. ex causa. C. de lib.
A A præter. *appellare necesse non habeat. a a) quo casu requiritur, ut intra decendium iam habeat appellationem interpositam.* Gail. 1. obs. 122. nu. 4. *Rutg. Rul.* d. c. 13. num. 26. *Diss. Hartmann.* t. 5. obs 10. *si tamen principalis in causa defensione suspectus aut colludere visus sit, tertium pro suo interesse, etiamsi intra decendium non ratificaverit, admittendum putarem.* l. 4. §. 3. l. 5. §. 1. l. 14. ff. h. t. l. 29. de inoff. test. l. 10. §. f. de bon. poss. contr. tab. *Confer.* *Bes.* d. c. 5. num. 1. *Gail.* d. nu. 4. *Covarr.* d. q. 15. & 13. n. 6. *Boier.* class. 5. disput. 11. th. 65. *Pet. Greg.* l. 5. c. 1. nu. 2. 4. *Et diligenter animadvertendum, ne confundamus tres illos casus, quos distinguit,* Gail. in d. obs. 122. *Notanda quoq;*
B B *optima cautela quam ponit* Gail. 1. obs. 70. n. 27. *bb) etiam contumacibus* l. 6. in f. C. de Episc. aud. *quamvis damnatus contradicat perire festinans* l. 6. ff. h. t. l. 6. §. 3. l. 29. C. h. tit. *Rutg. Rul.* d. c. 13. nu. 28. *Clar.* §. f. q. 94. nu. 5. *Clar. Dn. Praecept.*

Arnm.

Arum. disp. ad *n.*5. ch. 14 fac. ratio. l. 7. ff. de serv. export. l. 3. de J. & J. *idq; nomine proprio, quia interest, non procuratorie, Pet. Greg.* l. 5. c. 1. n. 7. *exceptis iis, quos statim punire Reip. interest.* de quib c. seq. dicemus. *Non audiendus igitur Hostiensis, qui requirit, ut postea ratum habeat; refert Pet. Greg.* l. 2. c. 7. nu. 10. *minus verò Bes.* h. tr. c. 5. n. 11. *qui interpositionem solam admittit, ut persecutio fiat ab ipso reo. Contra enim rectius Greg.* d. c. 7. n. 11. *idem statuens in condemnato ad membri abscissionem* n. 13. arg. N. 128. c. 19. *idemq; ad condemnatum in causa civili, cujus tanta egestas, ut ipse appellare nequeat, extendit Vasq.* 1 illustr. controv. 41. nu. 9. & seqq. *refert Clar. Dn. Hill.* in Don. Enucl. d. c. 6. lit. g.

VII.

Excluduntur tamen ab hoc beneficio quidam propter conditionem personæ, ut servi, *a*) pupilli; *b*) quidam ob negligentiam, ut ex eremodicio condemnati; *c*) quidam ob contumaciam, *d*) eamq; veram non fictam aut præsumptam; *e*) quidam ob delicti genus, *f*) ut insignes latrones, seditionum concitatores, Duces factionum, *g*) monetæ adulteratores, *h*) & raptores virginum; *i*) quidam ob proprium factum *k*) vel consensum, eumq; aut expressum, per pactum *l*) vel renunciationem in judicio factam, *m*) aut tacitum, *n*) quidam ob defectum causæ seu gravaminis, ut convicti probatione clara, confessi sponte, *o*) & omnes sententia judicis notoriè & evidenter justa condemnati; *p*) quidam deniq; ob præsumptionem pro sententia priore. *q*)

a) *Qui*

A *a) Qui neq; pro se neq; pro Domino appellantes audiebantur, nisi omni destituti auxilio tàm à Domino quàm aliis pro Domino* l. 15. 18. 28. in pr. ff. h. t. *quæ tamen prohibitio in servis nostris, qui capite amplius non carent, locum non habet, sed hi ceu alii quicunq; negotiorum gestores, non solùm pro se, sed & pro Domino appellationem interponere rectè possunt.* l. 1. ff. de app. rec. l. 24 ff. h. t.
B *Bod.* 1. de Rep. 5. *Treutl.* v. 1. disp. 24. th. 11. lit. f. *b*) l. 1. & 2. C. qui legit. pers. standi. *non etiam minores, etiam sine curatoribus; cum interpositio hujus non sit verus actus judicialis. Clariss. Dn. Præcept. Hillig.* in Don. Enucl. hîc. c. 6. lit. h. *Bes.* h. tr. cap. 5. in pr. *non mulieres rem suam eversam animadvertentes* l. 1.
C §. 1. de app. rec. l. 4. C. de procur. *Bes.* d. n. 1. in fin. *c*) *id est, ob interpositæ appellationis desertionem* l. 13. § 4. C. de judic. l. 7.
D §. 12. d. minor. & ibi *Goth. Treutler.* hîc th. 3. lit. d. *d*) *scilicet in comparendo, non in obediendo commissam, quæ vulgaris est distinctio* ad l. ult. §. 1. ff. h. t. *Dn. Hillig.* d. c. 6 lit. i. *aliam ponit Gail.* 1. obs. 132. n. 7. *scilicet utrum sit commissa in non veniendo,*
E *vel non agendo, e*) l. 23. §. ult. ubi Br. ff. h. t. l. 73. §. ult. ff. de judic. l. 1. & 4. C. quor. app. non rec. l. 31. §. 2. ff. de neg. gest. l. 13. § 4. C. de jud. N. 82. c. 5. in f. & ibi *Cuj.* c. de illicita. 24. q. 3. *Duar.* hîc. c. 2. *Mar.* h. t. n. 284. cum seqq. & t. contum. n. 7. cum seqq. *Gail.* 1. obs. 132. num. 6. & 7. *P. Greg.* l. 5. c. 4. *Hartm.* t. 17. obs. 26. *Wurmbs.* t. 7. obs. 4. *Frid. Mind.* lib. 2. c. 17. nu. 5. *Rutg. Rul.* p. 4. l. 8. cap. 13. nu. 29. *quæ autem sit vera contumacia vid. præter dictos, Bender.* d. revis. concl. 31. *Bes.* h. tr. cap. 6. num. 4. *deq; ea prius summatim disquiritur* l. 1. C. quor. app. non rec. *Bes.* d. nu. 4. *adeò autem appellatio manifestè veri contumacis repellitur, ut etiam ipso jure nulla sit, à judice licet admissa. Bes.* d. loc. *quin nec is supplicare, vel sententiam nullam dicere, aut si in dolo vero restitutionem in integrum petere licentiam habet, omnem sed contumacia excludit defensionem. Hillig.* d. c. 6. lit. i. *Bes.* d. n. 4. *An verò, si quis in processu causæ adfuerit, & solum ad sententiam audiendam contumaciter absit, idem dicendum? Ajo, modò peremptoriè ad id citatus fuerit* d. l. 23. in fin. ff. h. t. juncta l. 2. C. quom. & quando jud. l. 68. & seq. ff. de jud. *Mar.* h. t. n. 286. *Imò nec procurator contumax auditur, sive suo sive Domini nomine appellare velit* per l. 1. §. ult. ubi *Br.*

ff. quand.

ff.quand. app. *Gail.* 1.obs. 45. & obs. 89. n. 3. & obs. 139. n. 9. *qui tamen vicissim Domino mandati tenetur, si solvendo est, sin minus, Dominus in integrum restituitur, Gail.* d.obs.45.num. 4. *Hartm. Pistor.* 1. q.36.nu. 7. *Treutl.* hîc. th. 3. lit.e. ubi plures allegat. *vel certè intra decendium à die notitiæ appellare ipsemet poterit,* per l.1.in f. ff.quand. app.l.ult.d.in int.rest.l.26.§.pen. & ult. ff. ex quib. caus. major. *Gail.* d. obs. 45. nu. 7. *P. Greg.* l. 5.c.4. nu. 10. *Rutg. Rul.* d. loc. nu. 30. *Excipiuntur tamen ab hac angusta juris observatione, Rustici, mulieres, milites, minores; quibus etsi verè contumaces sint, nihilominus appellare licet.* l. 8. d. minor. fac. l. 25. §. 1. de prob. & similes. *Bes.* d. c. 6. n. 4.

f) scilicet si expressè de ejus prohibitione legibus cautum sit, aliàs in omnibus quamvis gravissimis appellabitur fac.l.2.C. quor. app. & d. s. th. 4. lit. b. *g)* l. 16. ff. h. t. *h)* l. 1. pr. l. 2. in f. C. de fals. mon. *Mar.* h. t. n. 294. *i)* l.1. in f. pr. C. de rapt. virg. cap. 14. extr. h.t. *Mar.* h.t.n.295. *quod, ut dictum supra, de generali Germaniæ consuetudine ad omnes alios criminum reos extensum est.* *k) ut ab eo, quod quis fecit vel fieri procuravit* arg. l. 9. de neg. gest. l. 13. C. de non num. pec. *sicuti diximus, si quis detulit juramentum & juratum est.* s. th. 4. lit. q. *Quare nec potest recusare judicem, & appellare à persona ejus quem ipse impetravit.* c. 27. §. verum. d. off. deleg. c. offeratur. 3. q. 3. *nisi forsan supervenisset de novo suspicio vel causa recusationis,* c. si testes. §. si quis testibus. 4. q. 3. cap. 25. de off. del. *ab ejus persona inquam. Nam ab iniqua sententia, quam promulgavit, non prohibetur appellare. Pet. Greg.* h. tr. l. 2. c. 27. *Mar.* h. t. n. 317. *l)* l. 40. §. 1. ff. de pact. l. 29. C. eod. l. ult. §. ult. C. de temp. ap. O.C.p.2.t.28.§. vnd dieweil. *Everb.* in top. in loc. à pacto ad l. n. 9. *Gail.* 1. obs. 135. nu. 10. *Myns.* 1. obs. 14. *Mar.* h. t. n. 341. cum seqq. *Bes.* c. 6. nu. f. *m) Nam extra judicium, ne contractus claudicet, partium mutuus consensus requiritur. Bes.* d. c. 6. nu. 5. *Requiruntur autem verba declarativa ipsam renunciationem* l. 1. §. 3. ff. à quib. app. *non verò illativa tantum; ut si quis dixisset se staturum sententiæ latæ, qualiscunq; etiam futura ea sit; non enim eam intentionem hæc verba habent, quod quis etiam iniquæ læsioni acquiescere velit.* per l. ul. C. de temp. app. l. 3. §. 1. ff. rat. rem hab. c. 20. & 54. extr. h. t. fac. l. 6. cum seqq. ff. de pign. *Mar.* h. t.

F G H I K L M

E n.341.

n.341. *Bes.* d.c.6. nu.ult. *Treutl.* hîc. th.3. lit. b. *Sic quoque non censetur renunciasse appellationi, qui in personam judicis compromisit* l. 23. pr. ff. h. t. *ubi tamen rectius pro, circa, legitur, citra, ut vulgati habent Codices. Clar. Dn. Arum.* disp. ad π. ult. th.8. in fin. *Invito tamen aut absente adversario appellationi jam cœptæ, si renunciet appellans, nihil appellato præjudicat, quo minus appellationem pro suo interesse prosequi possit,* arg. l. 6. §. 3. ff. de confess. l. 4. & ibi *Sichard.* n.15. C. de pact. *Pet.Greg.* l. 5. c. 3. *Mar.* h. t. nu. 344. *etiamsi sumptus litis illi velit refundere; nisi res adhuc fuerit planè integra* l. 28. C. h. t. c. 10. §. cæterum de elect. in 6. c. 70. §. ille denique extr. h. t. *quamvis ne hoc quidem casu procurator in præjudicium Domini appellationi renunciare possit.* fac. l. pen. C. de pact. *P. Greg.* d. c. 3. n. 54. *Per hanc autem renunciationem vel pactum, non censetur sublata nullitatis deductio. Bes.* d. c. 6. nu. 5. *Gail.* 1. obs. 135. n. 6. *Wurmbs.* t. 24. obs. 36. *Myns.* 2. obs. 77. & 5. obs. 91. *nisi specialiter quoque eidem renunciatum fuerit, quod fieri potest, Gail.* d. obs. 135. n. 8. 9. *Ut nec reductio ad arbitrium boni viri, cum ei ante sententiam renunciari non possit* c. quinta vallis. de jurejur. *Mar.* h. t. n. 343.

N *Treutl.* hîc. th. 3. lit. c. *n) tacitè autem renunciat, qui deserit appellationem, transigit de causa ipsa, satisfacit sententiæ, terminũ petit ad solvendum, litigat nihilominus apud judicem à quo, & similibus modis.* c. 20. d. ost. del. c. 54. extr. h. t. l. 5. C. de re jud. *Sichard.* ad d. l. 4. nu. 16. C. de pact. *Mar.* h. t. num. 341. 342. *Consultum igitur erit protestari, quod per comparitionem coram inferiori non intendat quis renunciare juri suo. Clar. Dn. Præcept.*

O *Hillig.* hîc. c. 6. lit. o. *o) maximè in criminalibus* l. 2. C. quor. app. non rec. *Mar.* h. t. n. 292. *Bes.* h. tr. c. 6. nu. 1. *Rulant.* d. p. 4. l. 8. cap. 13. nu. 31. *Nam ut tormentis extorta confessio teneat, requirunt, ut post intervallum diei naturalis sive 24. horarum, nec minus, liberè repetita sit. Dn. Præc. Hill.* in D. E. d. cap. 6. lit. l. adde *Myns.* 5. obs. 21. *Sed an hæc duo tantummodò junctim & copulativè, an verò & divisim intelligenda sint, intricatæ est quæstionis? Et in civilibus quidem alterutrum sufficere minus dubium est.* l. 1. & t. t. ff. l. un. ibi: cum & solvere C. de confess. l. 56. de re jud. l. 13. C. de non num. pec. *Clar. Dn. Arum.* disp. ul. th. 17. *Treutl.* hîc th. 3. lit. f. *Bes.* c. 6. n. 1. *Sed an idem in criminalibus?*

libus? puta si sponte quis non vi tormentorum confessus sit? Ita putarem arg. d. l.1. ff. de conf. C. Romam. 3.§. si autem h. t. in 6. c. cum speciali. 61. §. porrò. extr. h. t. *secutus Besoldum* d. n.1. *Clar. Dn. Praec. Beuth.* in prælect. ad h. t. Diff. Dd. commun. *nisi contra suam confessionem causam adducat probabilem. Clar.* §. f. q.94. n.1. *Cov.* pract. qq. 23. n 5. vers. secunda conclusio; *nec ea persuasione dolove extorta sit. Ayrer* in suo proc. c.4. obs. 3. n.5. f.85. citatus à *Bes.* d. loc. *& de corpore delicti sive crimine admisso certò constet.* l. ult. ff. de conf. l. 13. pr. & l. 14. §. 1. ff. de interrog. l. 1. §. 27. ff. de quæst. *Bocer.* tr. de tortur. c.3. n.1. *Bes.* d. num. 1. *Quid verò si de corpore delicti non constet, an confessus nihilominus erit condemnandus? N.* per dd. ll. l. 1. §. 24. ff. ad SC. Syll. *Fach.* 1. contr. 28. *Quod tamen cum Besoldo* d. loc. *nolim ita generaliter accipi, ut quoties judex ex circumstantiis viderit reum satis superq; convictum, ut statim punire Reip. intersit, eumq; saltem moratoriè & per calumniam veritatem confiteri nolle, statim eum, appellatione omni remotâ, punire possit. v. Covar.* d. q. 23. n.5. *p)* dictum s. th. 4. lit. n. *Hinc quoq; præsumptio juris, & de jure appellationem impedit, cum is contra quem talis militat præsumptio pro convicto habeatur ac confesso.* arg. l. 34. C. de adult. *post Menoch.* 1. præsumpt. 76. *Bes.* d. c. 6. nu. 2. in f. *q) Super iisdem scilicet capitulis atq; in una eademq; causa.* l. un. & ibi Goth. C. ne lic. in una ead. caus. N. 82. c. 5. c. sua nobis. 65. extr. h. t. *Wormbs.* t. 24. obs. 25. *Mar.* h. t. n. 280. *Rutg. Rul.* p.4. l. 8. c. 13. n 32. *Bes.* c. 6. n.3. *nisi per tertiam sententiam novum fortè gravamen appellanti illatũ sit.* c. directè. extr. h. t. *Mar.* h. t. n. 281. *Bes.* d. n.3. *vel tertius interveniens ad judicium pro suo interesse admittendus veniat,* arg. l. 63. ff. de re jud. d. 5. th. 6. lit. h. *de nullitate item ex actis, si constet Bes.* d. n.3. & ibi citati. *Sed quid, si in diversas summas judices appellatum condemnaverint? disting.* ex l. 27. §. 3. ff. de recept. arb. l. 1. §. 4. l. 12. ff de V. O. l. 9 §. 3. de hered. inst. *v. Bes.* d. loc. *Quamvis hodie in Camera Imperiali conformitas hæc trium sententiarum non attendatur, sed appellationes omnes ibidem quamdiu ea superiorem agit judicem, modò aliàs ordinatio ipsa impedimento non sit, indistinctè admittantur. Myns.* 1. obs. 15 *Gail.* 1. obs. 72. nu. 3. *Bender.* de revis. concl. 27. n. 3. *Rulant.* d. loc. *quia aliàs posset quisq; inferiorum Ducũ & Principum in præjudicium imperii plures facere instantias, & ita jurisdictionem supremi tribunalis eludere.* P Q

VIII. Cæ-

Cæterum ab omnibus judicibus *a*) regulariter appellare permiſſum eſt, tàm delegatis *b*) quàm ordinariis, etiam [cum grano tamen ſalis] ab arbitris *c*) & executoribus. *d*) Excipimus tamen Imperatorem *e*) noſtrum, &, quæ ejus vicem repræſentat, Cameram Imperialem; *f*) ut & alios omnes ſuperiorem non recognoſcentes; *g*) quo in numero ſunt Papa, *h*) Rex Franciæ, *i*) Hiſpaniæ, *k*) Angliæ, *l*) Dux Venetorum, *m*) &c. Item eos, quibus lege vel Principis conceſſione ſpecificâ hoc datum eſt, ut olim Senatui *n*) & Præfectis Prætorio, *o*) hodie conſtitutione Aureæ Bullæ Electoribus Imperii; *p*) eoq; jure etiamnum Bohemus *q*) Saxo *r*) & Brandeburgicus, *s*) ſine Imperatoriæ Majeſtatis diminutione *t*) utuntur; Cæteris hoc eripuit conſuetudine longi temporis introductus uſus contrarius: *u*) Eâdemq; principali indulgentiâ præfulgent Archiduces Auſtriæ, *x*) Dux Lotharingiæ, *y*) Burgundiæ, *z*) Wirtenbergenſis. *aa*) &c.

A *a*) l. 19. l. 30. C. h. t. c. omnis. c. ad Rom. 2. q. 6. d. s̄. th. 4. in pr. *An & à judice dato ut judicet ſecundum conſcientiam? Ita omninò putamus, cum hoc ſit omnibus judicibus commune, ut jurent ſe judicatores ſecundùm leges & conſcientiam*, l. 14. cum ſeq. Auth. hodie. C. de judic. N. 8. t. 3. jusjurandum. in pr. cap. 1. d. ſent. & re jud. in 6. O. C. p. 1, t. 56. *Beſ.* h. tr. cap. 2. num. 18. in f.

in f. *Petr. Greg.* h. tr. l. 3. c. 15. ubi refert dissent. *Paul. Castrens. Ang. Jas*, & alios. *An & ab eo, cui libera ex voluntate judicandi potestas à Principe concessa est? Omninò. Restringitur enim dum modò idoneum & justum sit, quod ei videbitur*, arg. l. 60. §. 4. ff. mand. l. 7. ff. de contr. empt. l. 75. pr. d. l. 1. & simil. *Petr. Greg. Bes.* dd. loc. *b*) l. 3. C. de ped. judic. l. 3. §. 3. l. 19. C. h. t. B
etiam à delegatis Principis l. 16. C. h. t. l. ult. ff. quis & à quo app. *Cujac.* 16. obs. 2. *nisi dati sint cum clausula, Appellatione remotâ* l. 1. §. f. ff. à quib. app. non lic. c. 53. h. t. *Covarr.* pr. qq. 23. n. 6. *Bender.* d. Revis. concl. 36. *Clar. Dn. Praecept. Hill.* in Donell. enucl. hîc c. 6. lit. x. *quâ clausulâ solus Princeps delegare potest* d. l. 1. §. f. *Mar.* h. t. n. 337. *eaq; omnis non tantùm frustratoria appellatio probibita censetur Mar.* h. t. n. 337. in f. *Myns.* 1. obs. 3. in f. *P. Greg.* l. 2. c. 20. n. 6. 7. 8. *Diss. Treutl.* hîc th. 4. lit. b. *cujus sententiam stylus communis approbat Gail.* 1. obs. 33. n. 5. & 6. *Bender.* concl. 36. n. 8. *quò respicit Myns.* 2. obs. 10. *sibi ipsi non contrarius, ut Treul.* d. loc. *existimat. Et si conventio delegata cum hac clausula, & reconventio cum eadem intelligitur.* per c. 2. extr. de mut. petit. *Bes.* d. c. 2, nu. 18. *Dn. Hill.* d. lit. x. *Nec propterea omni defensione privari dicendus est, qui unicâ hac specie, cum ei adhuc superfit nullitatis, restitutionis in integrum, supplicationis juvamen. Bender.* d. concl. 36. n. 14. cum. seqq. *Gail.* 1. obs. 35. nu. 7. cum seqq. *Bes.* d. c. 2. n. 18. *P. Greg.* d. cap. 20. n. 12. *Dn. Hillig.* d. loc. *Prudenter tamen & circumspectè Bes.* d. nu. 18. *monet; Principes, qui secundum leges jam ante ipsorum inaugurationem receptas se regnaturos promiserunt, post tales & tàm ampla potestate in praejudicinm & fraudem ordinariorum judiciorum pro libitu dare judices non posse. Effectus hujus clausulae praecipuus est, ut nihilominus sententia à delegato lata executioni mandari possit, nisi ei inhibitum sit à superiore. Myns.* d. obs. 3. *Mar.* h. t. nu. 338. *Treutl.* d. loc. *Non tamen operatur aliquid in praejudicium tertii.* arg. l. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ. l. 37. pr. C. de inoff. test. l. 7. C. de prec. Imp. off. *Mar.* h. t. nu. 339. *Gail.* 1. obs. 33. n. 6. *Treutl.* d. loc. d. s. th. 6. *De aliis hujus clausulae effectibus consule P. Greg.* d. l. 2. cap. 20. *Bes.* d. nu. 17.
c) *scilicet juris* l. 9. ff. qui satisd. cog. l. ult. §. 2. ff. h. l. 2. ff. à quib. C
app. non lic. l. ult. C. de jud. l. 2. C. d. temp. & repar. app. *non*

verò voluntariis sive compromissariis l. 1. C. de rec. arb. l. 32. §. 14. l. 27. §. 2. ff. eod. c. à judicibus. 2. q. 6. *Mynſ.* 4. obſ. 68. *Gail.* 1. obſ. 150. nu. 8. *Wurmbſ.* t. 24. obſ. 6. *Schneidw.* ad §. omniū. nu. 26. cum ſeqq. Inſt. de action. *Everhard.* in top. loc. ab except. ad reg. nu. 8. *Vaud.* 1. q. 14. à pr. *Pet. Greg.* l. 2. cap. 12. *Clar. Dn. Arum.* diſp. ad π. ult. th. 8. *Treutl.* hîc. th. 4. lit. g. *etiam citra pœnæ compromiſſum, per juramentum (quem modum quamvis* Nov. 82. c. 11. *reprobet, tamen ſtylus communis viridi obſervantiâ comprobat, teſte Beſ.* h. tr. c. 3. n. 3. *) vel nudum conſenſum aſſumptis. Sufficit enim hoc caſu intra decendium ſola contradictio, ut arbitri ſententia non poſſit in rem judicatam tranſire.* l. pen. C. de arb. *poſt decendium verò cum profluxerint appellationis interponendæ tempora, appellari omninò non poteſt. v. Beſ.* d. n. 3. *adeò, ut nec pacto fieri poſſit, ut ab arbitri ſententia appelletur,* arg. l. 3. C. d. juriſd. *reviſio enim eſſet potius quàm provocatio. Beſ.* d. n. 3. 3. *Fallit tamen, ſi laudum contineat enormiſſimam læſionem, vel manifeſtam & evidentem iniquitatem, quo caſu admittitur appellatio etiamſi juratum ſit compromiſſum,* l. 31. & 32. §. 14. ff. de recept. l. 79. ff. pro ſoc. l. 3. C. de recept. *Gail.* 1. obſ. 150. n. 9. *P. Greg.* h. tr. l. 4. c. 10. *Beſ.* d. c. 3. nu. 3. *An verò à judice reductionis confirmante vel retractante laudum appellari poſſit? mirificè variant Dd. teſte Gail.* 1. obſ. 149. n. 4. *Pro affirm. concludimus per ea, quæ habet Gail.* d. loc. *Cl. Dn. Pr. Arum.* diſp. ad π. ult. th. 9. *Beſ.* c. 3. n. 4. *Fach.* 8. controv. 96. *An ab arbitramento arbitratoris? Appellationem quidem propriè dictam hîc non agnoſcimus, ſi tamen evidens ejus iniquitas appareat, ad arbitrium boni viri reduci poſſe & debere non ambigimus,* per l. 76. cum ſeqq. pro ſoc. l. 24. pr. ff. loc. *Sicq; petitio reducendi provocatio quædam eſt ad judicem cauſæ competentem; Judex qui ſc. fuiſſet actor, ſi in judicio ante compromiſſum litigare voluiſſet. Beſ.* d. c. 3. n. 4. *Mynſ.* 2. obſ. 61. *Fachin.* 8. cont. 94. *eaq; uſq; ad 30. annos peti poterit. Gail.* d. obſ. 150. n. 2. *Beſ.* d. n. 4. in f. *Diſſ. Fachin* 8. contr. 95. *etiamſi juramento eidem renunciatum ſit* l. 30. ff de oper. lib. *Mynſ.* 5. obſ. 59. *Gail.* d. obſ. 150. n. 9. & ſeq. *Treutl Beſ.* dd. lo. *Quomodo verò talis arbitrator ab arbitro differat v. ap. Beſ.* d. c. 3. n. 4. *Gail.* d. obſ. 150. nu 4. *Diſſ. Conſ.* 4.

D Miſc. 18 *Treutl.* v. 1. D. 4. th. 5. l. a. *d) ſc. quando executionis modum excedit aut ſententiam iniquè interpretatur* l. 4. §. 1. ff. h. t. l. 5.

C. quor.

C. quor. app. non rec. c. super 27. in pr. d. off. del. c. quod ad 15. de sent. & re jud. c. novit. 43. extr. h. t. *hocq; casu ei etiam resisti posse impunè, concludit Dn. Joh. Georg. Becht.* tr. d. Salv. cond. concl. 201. *Secus verò, si quando ut nudus minister judicis seu nudus executor contractus procedit* l. 4. ff. h. t. & dd. ll. *huncq; Dd. merum, illum verò, qui simul quoq; interpretandi & cognoscendi de sententia facultatem habet, mistum vocant. Fach.* 1. controv. 74. *Bes.* c. 7. n 8. *Mar.* h t. n. 259. & seqq. *Clar. Dn. Praet. Arum.* disp. ad π. ult. th 14 *Pet. Greg.* l. 2. c. 11. *Cl. Dn. Hill.* d. c 6. lit. Bb. *Hinc in Gallia latrunculatores seu praepositos Mareschallorum, ut vocant, absque provocatione grassatores poenâ capitali afficere, scribit P. Greg.* l. 3. c. ult. *Goth.* ad l. 6. ff. de cust. reor. *quib. in Imperio nostro Duces circulorum,* die Kraisobersten / *haud ineptè comparat. D. Joh. Geor. Becht.* d. tr. concl. 43. & 126. *e) Utpotè qui praeter* Deum & ensem *neminem superiorem recognoscit, uti communi Septemvirum Imperii decreto Anno Christi 1338. tempore Pontificis Benedicti XII. publicato, pronunciatum est. Thom. Mich.* d. jurisd. concl. 2. & 3. *Cluten.* in syll. concl. 9. *Dn. Becht.* tr. d. salv. cond. concl. 141. & 140. *Ant. Coler.* d. jure Imp. Germ. sect 2. *Hinc JC. Ulp. stultum esse dicit illud admonere, à Principe appellare fas non esse* l. 1. §. 1. ff. à quib. app. non lic. *Ut enim ab eo omnis jurisdictio per concessiones & investituras fluit, ita ad eundem refluit per appellationes. P. Greg.* h. tr. l. 3. c. 7. *Bod.* 1. d. Rep. 10. f. m. 251. cum seqq. *Cl. D. Hill.* hîc. c 6 lit. s. *Ant. Coler.* de jur. Imp. Germ. sect. 20. *Unde nec per subditum adversus Principem ullo tempore praescribitur* per. l. 6. C. de praescr. 30. ann. c. cum non liceat. 12. ext. de praescr. c. venientes de jurejur. *Bes.* cap. 2. num. 15. *Thomas Mich.* de jurisd. concl. 8. *Petr. Calefatus* tract. d. Equestri dignit. num. 139. *Petr. Gregor.* l. 4. cap. 3. nu. 8. *Et in concessionibus etiam largissimis jus semper provocationis extremae tacitè conservatum censetur, Ant Peregrin.* lib 1. t. de iis, qui jura fisci hab. n. 98. & tit. hab. jura fisc. an poss. al. in praejud. fisci. n. 76. cum seqq. *Bes.* d. c. 2. nu. 16. 17. *nec eo etiam non reservato alienatio territorii fieri potest. Bes.* d. loc. *Knich.* d. Sax. non prov. jure. fol. 316. ad v. Ducum &c. c. 7. n. 10. usq; ad. fin. *Covarr.* pr. qq. 4. nu. 6. *homicida enim aliàs sua meritò diceretur dignitatis.* Bl. in c. lic. causam. nu. 7. extr. de prob. *Hottom.* ill. qq. 1. *Heig.* l. 1. q. 19. *Knichen.* E

d. tr.

d. tr. f. 122. & seqq. *Thom. Mich.* concl. 15. cum seqq. *Clariß. Dn. Praecept. Arum.* in prælect. ad Aur. Bull. c. 9. *Rich. Dieter.* concl. 197. cum seq. disp. de summa Imp. pot. *Eth. Mobr.* disp. de jurisd. c. 3. concl. 5. *Ideoq; appellationem Carolus V. Rex Galliæ recepit ab Aquitanis, quos Joannes Pater in Eduardum Anglorum Regem cum omni superioritate transtulerat. Froß.* lib. 1. f. m. 80. cum seqq. *Sic appellationes à Verdunensi, Tullensi & Metensi Rep. in Camera recipiuntur, non obstante, quod Rex Galliæ de facto illas civitates sibi vindicet, superioritatisq; præscriptionem alleget, Rutg. Rul.* d. commiss. p. 4. l. 8. c. 13. num. 3. *An verò ab Imperatore ad Consilium Comitiorum seu statuum regni appellari poterit? Neg. per ea, quæ habet Pet. Greg.* l. 3. c. 7. num. 13. *Bernh. Bertram.* de Comit. membr. 6. concl. 84. *An ad Papam? Ita quidem nugantut Hostiensis, Guido Papæ* h. tr. nu. 5. *P. Greg.* d. l. 3. c. 8. cum seqq. *quos meritò ridet Bes.* h. tr. c. 4. nu. 7. & 8. *Dn. Hill.* d. c. 6. lit. s. *Peregrin.* d. t. de iis, qui jura fisci hab. nu. *62. Et hoc verum est, in propria quamvis judicaverit causa.* arg. l. 3. de his quæ in test. del. l. 41. ff. de hered. inst. §. f. Inst. de vulg. & pupill. subst. Dd. ad l. un. C. ne quis in sua causa jud. *quamvis rectius & æquius faciat, si aliis cognoscendam committat, per ea quæ notat Bes.* d. c. 2. n. 9. *Quid verò, si Imperator litem suam inferiori judicandam commiserit, victus ipse vel adversarius nunquid & quem appellabit? Zasius.* lib. 2. sing. resp. 18. *censet, quod tunc in appellationis quoq; causa se subjicere cognitioni non suspecti debeat. Hodiè verò moribus & consuetudine introductum est, & per Aur. Bullam* cap. 5. *confirmatum, ut Imp. vel Rex Rom. super causis, pro quibus impeditus fuerit, coram Principe Electore Palatino Rheni habeat respondere. Clar. Dn. Prac. Arum.* in suis prælect. ad d. c. 5. *Bux.* th. 77. in diss. ad priora A. B. cap. *Quod an in appellationis quoq; causis, de quibus Princeps cognovit, locum habeat, quæritur. Neg. Buxd.* d. diss. concl. 81. lit. c. *A Principe tamen malè informato ad melius informandum appellare licet,* l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 2. C. eod. l. 7. C. de prec. Imp. offer. l. ult. C. si contr. jus vel util. publ. N. 39. l. 18. §. 2. ff. de minor. l. 17. ff. de jure patron. *quæ quidem provocatio non verè proprieq; sumpta appellatio est, sed per viam regressus fit & supplicationis, dum scilicet ipsius Principis*

benigni-

benignitatem imploramus, ut attentius velit pleniusq; cognoscere negotium. P. *Greg.* d.l.3.c.7. nu.9. *Bes.* d.c.2.nu.10. *Bod.* 1. d. Rep.10. f.m. 256. *Norunt enim justi Principes, pleraq; illis ob importunitatem, ob & subreptionem impetrantium, inconsideratè excidere, quorum postea justè illos pœniteat, vid.* l. 3. C. de bon. petit. subl. *P. Greg.* d. loc. n.11. *Facessant igitur adulationes eorum, qui Imperatori displicere, vel reputationis aliquid ei detrahi clamitant, si pronunciationes illius arguantur de injustis gravaminibus: vid. Gail.* 1.obs. ult. in f. *P. Heig.* 1.qq.10.n.18.cum. seqq. *Cum verò Imp. in fata concesserit, ex constitutione Aur. Bullæ Imperii vicariatus defertur ad Comitem Palatinum & Ducem Saxoniæ, hiq; interim vice Imperatoris judicia exercendi plenissimam habent potestatem. Buxt.* d. differt. th. 59. *Thom. Mich.* concl. 29. *hinc igitur quæsitum, utrum sine appellatione judicent? Aff. cum Buxt.* d. differt. th. 63. *f) quæ Spira Nemetum est, à Zasio* in l. cognitionem. ff. quib. ex caus. in poss. eat. *Communis patria communeq; consistorium totius Imperii laudata; Unicum Imperii nostri coagulum atq; vinculum Arnold. Clapm.* 6.d. arc. Rerump.19 *Vent. de Val.* in Parth. litig. l.1.c.16.n.4. *eo potissimum fine instituta, ut in appellationum, &, quæ aliàs ex L L. Imperii ad Imperatorem deferuntur, causis cognosceret, privatarumq; litium decisioni praeesset; ordinariâq; non autem absolutâ Cæsaris jurisdictione uteretur. Thom. Mich.* d. jurisd. concl. 33. *quæ verò sint de reservata ac absoluta Cæsaris jurisdictione, vide apud eundem* concl. 9. cum mult. seqq. *Autor diss. de Jure pr.* concl. 89. lit. c. *Ant. Coler.* de jure Imp. Germ. sect. 12. cum seqq. *Cum igitur vice Cæsaris judicet, sequitur ab ejus sententiis, ne quidem ad Cæsarem ipsum appellari posse,* arg. l. 1. §. 1. ff. quis à quo app. *multò minus ad Pontificem, ne quidem in pia causa. Bes.* c.4.n.7. & 8. *Hinc cum olim quidam etiam in causa pia & tutelari à Camera ad Pontificem appellasset, ut contemptor jurisdictionis Imperialis in 100. marcas auri puri, cum refusione expensarum condemnatus est, refert ex Sailero Bes.* d. c.4. n. 7. *Thom. Mich.* d. tr. concl. 30. *Revisorium tamen Imperatori & statibus conceditur.* O. C. p. 3. t.53. *Bender.* t. tr. de Revis. *Gail.* 1. obs. 154. & seq. *Rutg. Rul.* d. comm. p. 1. l. 2. c.21. & p.3. l.9. c.18. & p.4. l.8. c.13. n. 2. *Heig.* p.1. q.10. n. 58. & seqq. *Clar. Dn. Hillig.* d. c.6. lit. y.

cujus beneficii magnus hodie ad iniquitatem abusus, ut conqueritur Vent. de Valent. in Parth. litig. lib 2.c.14.n.14.cum seqq. ubi plura non contemnenda. *Num verò Cameræ quoad Cæsarem ipsum privativè in civilibus causis jurisdictio tributa sit, controverti solet? Concurrentem tribuimus cum Gailio* 1.obs. 29.nu. 3. & obs. 42. nu. 3. *Clar. Dn. Præcept. Arum.* in præl. ad A. B.c 5. *Casp. Leipoldi* de concurr. jurisd. q. 4. *Diss. Thom. Mich.* concl. 35. *Est autem ordinaria Cameræ jurisdictio in omnes Imperii Roman. subditos tàm mediatos quàm immediatos universalis: in illos potissimum in appellationum, hos simplicis querelæ causis: Idq; in civitatibus Imperialibus, & aliis privilegiatam instantiam non habentibus planius, cum Camera in hos directò, & sine ullo intermedio jus dicendi facultatem habeat. Gail.* 1.obs.1.n. 20. *Frid.* de process. l.1. c.19. nu. 10. *Quod tamen non procedit in illis civitatibus Imperii, quæ ex privilegio, vel longissimi temporis præscriptione singulares judices (besondere Austräg) & sic alibi primam instantiam habent, ut Argentina, Meminga, Noriberga, Wormacia, & aliæ Gail.* d. obs. 1. n.20. *Item fallit in iis, quæ apud alias civitates pares de sententia, quam tulerunt cognosci patiuntur, ut civitates quædam Hanseaticæ apud curiam Lubecensem; Clariss. Dn. Præcept. Hillig.* in Donell. enucl. hîc. c.7. lit a. in notat. *magis tamen in vim consultationis, & prorogatæ jurisdictionis, quàm appellationis, cum hæc ad superiorem non parem dirigi soleat; Thom. Mich.* concl 36. lit. e. *In certis porrò causis etiam Principibus Imperii in prima instantia ibidem jus dicitur, ut sunt fractæ pacis, religionis, pignorationis, arrestorum, litigiosæ possessionis, & generaliter omnibus, in quibus mandatis sine clausula locus est.* O. C. p. 2. t. 9. 21. 22. *Gail.* 1. obs. 1. num. 2. & num. 6. n.14. & 1. observ. 2. & obs. 3. n 1. & obs. 6. n. 1. & obs. 8. nu. 1. & de P P. l. 1. c. 11. n. 1. & seqq. & de pignorat. obs. 21. n. 1. & de Arrest. 11. n 1. *Thom. Mich.* d. jurisd. concl. 37. *Mynsing.* 5. observ. 58. *In aliis verò causis contra primarum instantiarum privilegia, ne Imperatorem quidem Electores & Princeps juris experiundi causa ad Aulam evocare posse, haud vulgatæ autoritatis viri statuunt, vid. Bes.* cap. 2. num. 21. *Thom. Mich.* conclus. 38. *Sed Imperatore mortuo, quid tempore interregni? Camera adhuc appellari poterit, ejus enim jurisdictionem morte Imperatoris non expirare verius est. Buxt.* diss. ad Auream Bull. thes. 61.

thes. 61. *Bes.* dict. num. 21. *g) Sive Rex sit, sive populus, sive optimates*, argum. l. 1. §. 1. à quib. app. non lic. *Mar.* h. t. nu. 248. cum seq. *Anton. Peregrin.* t. de iis, qui jura fisci hab. num. 62. libr. 1. *De populo enim & civitate superioris nescia idem judicatur, quod de Principe. Bes.* cap. 2. num. 2. *An verò in horum catalogum referri quoq; possint Helvetii dubitatum hactenus? Affirmat Bes* dict. cap. 2. nu. 6. *per ea quæ habet Gail.* 1. obs. 21. num. 2. *eosq; vel ex eo non Roman. Germanico subjectos Imperio, sed absolutè liberos contendit Bodin. quod nec Imperatori, nec Imperii Statibus simul junctis illorum placita corrigere jus est. Bod.* 1. d. Rep. 7. f. m. 120 cum seq. *Nec secus judicandum de Florentia aliisq; Principibus & civitatibus Rom. Imperio quondam subditis, nunc omnimodò exemptis. Bes.* d n. 6. *P. Frid.* 2. d. mand. c. 13. sect 8. propè fin. *vide Thom Mich.* concl. 10. & seq. *Cluten.* concl. 11 cum seqq. *Et certè contra quorum sententias non supplicatio concessa, vel nec simile remedium permittitur, hi mihi magis fœdere juncti, Romaniq; Majestatem Imperii comiter tantùm observare, eidem quàm subjecti videntur, inquit Bes.* dict. cap. 2 n. 20. *Indeq; erroris convincitur quorundam juris Interpp. sententia, qui Imp. totius mundi Dominum, & jus in omnia regna habere contendunt. Bes.* d. c. 2. n. 7 & 8. *Cl. Dn. Præcept. Gryph.* in prælect. ad R. Germ. & passim. *Quod si tamen Superior talis ratione alicujus Ducatus vel Comitatus adhuc superiorem agnoscit, appellatur ad superiorem ipsius, in quantum Comes vel Dux, non in quantum Rex vel superior. P. Greg.* l. 3. c. 7. in f. & l. 4. c. 4. in f. *exempla in Imperio passim sunt obvia, v. Gail.* c. 6. d. arrest. n. 15. 16. *Et sic contra sævitiam Hispani ad Imp. Rom. solenni provocatione appellavêre Belgæ, teste Bes.* cap. 4. nu. 6. *h)* c. ipsi sunt canones. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. ibid. & c. 30. nemini. 17. q. 4. c. 13. nemo judicabit. 9. q. 3. *& si quæ sunt cap similia, fastus & insolentiæ Pontificis plena, quæ flagitia Dominationis Pontif non immerenter nuncupat Clap.* 5. d. arc. Rerump n. 17. *Quatenus igitur jus Regiū in ditionis suæ provinciis exercet, appellari ab eo in secularibus non poterit, Clariß. Dn. Præc. Hill.* d c. 6. lit. s. *At in causis fidei, an ritè ab eo ad concilium generale appellari posit dubitatur? Negat id P. Greg.* l 3. cum seqq. *& hujusmodi Placentini atq; symmistæ alii; verior tamen est affir. sententia Hill.* d. l *Bes.* c. 4. n 9 *Mars. Pat.* in def. pac. p. 2. c. 25. f. 372. *ubi concludit*

 ele-

eleganter Bes. h. tr. c. 4. n. 10. ubi concludit Ecclesiam militantem Aristocratica magis regendam, quàm Monarchica gubernationis ratione. Vice versa quoq; quaeritur: An à concilio oecumenico ad Papam possit appellari? Neg. per ea, quae habet Petr. Greg.
I d. l. 3. c. 6. Dn. Hillig. d. loc. i) Cluten. in syll. th. 10. Clar. Dn. Praecept. Gryph. in prael. de Regno Franc. Diss. Guido Papa h. tr. nu. 33. Et sanè ab annis sexcentis Impp. in Gallia nihil habuerunt; Regnumq; Arelatense, excepta Sabaudia & Burgundia, jam
K dudum Imperii esse desiit. Cluten. d. loc. Heig. 1. q. 3. nu. 48. k) Cluten. d. th. 10. lit. c. Clar. Dn. Gryph. in R. Hispan. cap. 13. In rebus tamen sacris & Ecclesiasticis Pontificem Rom. recognoscit superiorem, ejusq; est filius devotissimus, sive, ut Bodin. loquitur 1. d. Rep. 5. servus obsequentissimus. Cluten. Dn. Gryph. dd. loc. Ratione quoq; Ducatus Burgundiae Imp. ut vasallus agnoscit. Gail. d.
L arrest. c. 6. n. 15. l) Clar. Dn. Praecept. Gryph. de Regn. Angl. cap. 20. Cluten. d. th. 10. lit. d. Vent. de Valent. in Parth. lit. lib.
M 1. c. ult. nu. 32. m) Anton. Peregrin. lib. 1. de jure Fisci. t. de iis
N qui jura fisci hab. nu. 69. & 62. Cluten. d. syll. th. 12. n) idq; edicto D. Adriani effectum. l. 1. §. 1. ff. à quib. app. non lic. Principem enim repraesentat l. 1. in pr. ad l. Jul. Majest. l. 5. Cod. eod. qui ejus pars ac caput l. 8. C. de dignit. ubi Goth. Wesenb. in π. tit. à quib. app. non lic. Clar. Dn. Hill. hîc c. 6. in Don. enucl. lit. t. Ad ejusq; exemplum hodie Imperialis curia Germanorum, octo curiae majores Francorum, quatuor Hispanorum, Rota Romanorum, Quadraginta viri Venetorum, curia Neapolitana, Mediolana, caeterarumq; civitatum curiae majores extra provocationem disceptant ac definiunt. Bod. 1. d. Rep. 10. f. m. 252. Bes.
O h. tr. c. 2. n. 21. Heig. p. 1. q. 10. nu. 13. P. Greg. d. c. 11. o) l. unic. §. 1. ff. de off. P. P. l. 17. ff. de minor. l. 19. §. 1. l. 30. C. h. t. l. 8. C. de Episc. aud. loco tamen appellationis erat adversus ejus sententiam intra biennium remedium ἀναψηλαφήσεως, libello Imperatori porrecto l. 1. C. de sent. P. P. l. 5. C. de prec. Imp. offer. qui tamen executioni impedimento non erat Nov. 119. & Auth. quae supplicatio. C. de prec. Imp. offer. intra decem tamen dies oblatus hoc operabatur, ut sententia non aliter potuerit executioni mandari, quàm victor satisdedisset de restituenda ea, d N. 119. & ibi Cujac. & tr. de praescript. c. 7. Bes. d. c. 2. nu. 19. Bodin. 3. de

Rep.

Rep. 6. in pr. *Pet. Greg.* 3. de appell. 12. *Cardinales quoq; P. Pratorio in hoc comparat* gl. in l. 1. C. de off. P. P. *& alii, quos refert Dn. Hillig.* d. c. 6. lit. u. *p) qui an rectè Pr. Pratorio comparentur, sub judice lis est; asserit Dn. Hill.* d. lit. u. *negat Knicb.* d. Sax. non prov. jure. c. 3. nu. 34. *Datum autem hoc privilegium Electoribus, ne ab illorum sententiis appelletur, nisi in casu denegata justitia, constitutione Aur. Bulla Caroli IV.* tit. 11. *Bes.* h. tr. c. 2. n. 19. *eoq; subditi tantum & incola, non etiam extranei probibentur. Buxt.* ad priora A. B. cap. th. 94. lit. c. *in hodierno tamen E E. Saxonicorum privilegio disertè quoq; appellatio forensibus interdicitur, Knicb.* d. Sax. non prov. jure. verb. litis provoc. nesc. c. 3. n. 8. & seqq. *An verò ad alios ejusdem familia Principes privilegium hoc de non appellando extendi poterit? Neg. Personale enim cum sit, nulla extensio de persona ad personam, multò minus de familia ad familiam recipi poterit. Knicb.* d. tr. v. jus. c. 2. nu. 35. *Clar. Dn. Pracept. Arum.* in prælect. ad Aur. Bull. c. 11. *& ita in Marchionibus O. & C. tota die usu venire, testatur Buxt.* d. concl. 94. lit. c. *quod tamen domum Saxon. attinet, Imperatorum expressa adsunt constitutiones, nempe Ferdinandi Anno 1559. Rudolphi II. Anno 1586. quibus id ad alios Principes familia Saxonica traductum est. Knicb* d. verb. jus. c. 2. & verb. litis prov. nesc. c. 3. *Heig.* 1. q. 4. *Dn. Arum. Buxt.* dd. loc. *Quid verò, si adversus eorum sententias victus supplicaverit, vel nullitatis querelā instituerit, admitteturne? Sic sanè stylus comprobat, cum diversa hac sint ab appellatione remedia. Thom. Mich.* d. jurisd. concl. 26. lit. e. in f. *Gail.* 1. obs. 135. num. 4. *Bender.* d. revis. concl. 26. *Bocer.* disp. 23. th. 90. class. 5. *Bes.* c. 2. n. 19. *in quo tamen Duces Saxonia se ladi, non immeritò conqueruntur; cum ipsorum privilegii ratio inductiva, & ipsius privilegii verba longè aliud suadere videantur. Dn. Arum.* d. loc. *Knicb.* passim in suo tract. de S. non prov. jure, ut fol. 228. 331. 359. 422. 428. 456. 466. & passim. *Dn. Hill.* d. c. 6. lit. u. *Quid, si (ut quandoq; accidit) Electorum aliquis personam, qua se Electori non subjectam putat, non solùm citet, sed etiam rejecta incompetentia exceptione, se competentem pronunciet? annè tunc ad Cameram vel Aulam Imperialem, non obstante hoc privilegio, appellari poterit? Utiq; per ea, qua habet Buxt.* d. concl. 94. lit. d. *Aliàs enim*

possit, quis omnes causas de mundo ad se trahere. Cum verò privilegium hoc sit notorium; quid dicendum, si victus causam per appellationem ad Cameram devolvat, alterq; litigantium & subditus Electoris citetur, an comparere vel allegare sufficit privilegium? *Et sufficere, si judici in scriptis allegetur, concludimus, cum Clar. Dn. Prae. Arumaeo* ad d. cap. 11. Aur. Bull. *per ea, quae habet*
Q *Mynsing.* 2. observ. 9. & 6. obs. 3. & *Gail.* 1. obs. 31. num. 4. *q)* Aur. Bull. cap. 8. *Buxt.* ad d. cap. 8. concl. 88 *Bes.* cap. 2. num. 19. *Rutg. Rul.* de commiss. p. 4. l. 8. cap. 13. num. 4. *quo jure Anno 1498 ab Imperiali Camera ad Regem Bohemiae causa remissa est, refert Clariss. Dn. Gryph.* in prael. de Regno Bo-
R hem. cap. 29. *r) Quia defensor est juris Saxon. secundum quod in his terris judicatur, in Camera autem nulla ejus habetur ratio, inquit Wess.* in π à quib. app. non lic num. 2. *notatus à Knich.* d. tr. verb. jus. cap. 3. num. 28 *quamvis privilegium hoc etiam ad ditiones Saxon. in quibus jus obtinet civile, veluti in districtu Coburgico, extendatur. Heig.* quaest. 4. num. 33. & seqq. *Ne verò cuiquam deesset copia juris data, opera est ab Electoribus Saxon. ut forma judiciorum publicorum, hisce in terris congrueret cum Veteribus L L. & à sententia horum concederetur provocatio; cum ad necessarias atque iteratas etiam, si sit opus recognitiones declarationesq; negotiorum, tum ad Principis ipsius judicium ac definitionem, quae tertia est ac ultima, ultra quam ne leges Imperatorum quidem aliam permittunt, ut ex Peucero* lib. 5. Chron. *refert Clar. Dn. Arum.* ad d. cap. 11. Aur. Bull.
S *s) qui non ita pridem per concessionem Imperialem hoc jus in sua persona recuperavit. Heig.* quaest. 4. num. 32. lib. 1 *Knichen.* c. 2. num. 34. v. jus. *hoc tamen Electorum de non appellando privilegium nihil commune habet cum causis, in prima instantia ad Cameram pertinentibus Thom. Mich.* de jurisd. concl. 36. lit. e.
T *Clar. Dn. Arum.* d. cap. 11. in f *t) Thom. Mich.* d. concl. 26. lit. d. *Buxt.* dissert. ad Aur. Bull. concl. 94. lit. c. *Ant. Coler.* de Jure Imp. Germ. concl. 21. *Dn. Hill.* d. c. 6. lit. u. *Clar. Dn. Arum.* in praelect. ad d. cap. 11. A. B. *ubi eleganter inter formam ipsius Majestatis, quae in dignitate Imperatoria consistit, & ejusdem effectum distinguit. Diff. Bodin.* 1. d. Rep. 10.
V *& alii relati a Buxt.* d. loc. *u) Bes.* d. n. 19. *Dn. Arum.* d c. 11.

Knich.

Knich. d. cap. 2. ad v. jus. nu. 24. *qui tamen & hodie suis intra certam summam non appellandi utuntur privilegiis*, dict. §. th. 4. *Id ergò Ecclesiastici cum neglexerint, quæritur: an appellationes ab iis ad Pontificem vel Cameram dirigendæ? Disting. inter causas spirituales & profanas, quarum illæ ad Papam, hæ ad Cameram diriguntur. Dn. Arum.* d. c. 11. *Thom. Mich.* d. jurisdict. concl. 43. *quæ tamen distinctio in Imperio Protestantium intuitu cessat, quippe quo omnis jurisdictio Ecclesiastica Pontificum & Episcoporum sublata est.* Rec. Imp. Anni. 1552. & 66. *Schönb.* lib. 4 cap. 6. in polit. *Dn. Arum.* d. loc. *x) quorum privilegium vid. apud Münst.* lib. 3. cap. 406. *adde Myns.* 5. obs. 58. *Rulant.* p. 4. l. 8. cap. 13. nu. 5. *quod tamen multis præjudiciis hactenus impugnatum, teste Thom. Mich.* d. tr. concl. 23. *& à provinciali judicio Sueviæ,* Von dem Landgericht in Schwaben auff der Leutkircher Haid / *semper receptas appellationes in Camera, tradit Bes.* cap. 2. nu. 19. *Austriaci licet valdè repugnent, & sententiam exequi curent, y) vid.* Lothringischen Vertrag zu Nürnberg auffgericht *Anno 1542 apud Warem. ab Ernb.* lib. 2. de fœder. in f. *ubi tamen excipiuntur causæ contributionis, fractæ pacis publ. & salvi conductus,* Sachen die Anschläge vnd Aufflage/auch Handhabung des Landfrieden / Sicherheit vnd Gelait betreffend/ *Myns.* d. obs. 58. *Frid.* lib. 1. in f. tit. de privileg. quor. Imp. stat. *z) qui solus ratione quoq; fractæ pacis publicæ à Camera exemptus est. vid.* Burgundischen Vertrag *Anno 1548.* zu Augspurg auffgericht. *apud Warem. ab Ernb.* d. loc. *Myns. Frid.* d d. loc. *Notandum tamen hæcce Principum Lotharingorum Burgundiæq; jura non privilegia, sed transactiones, pactiones ac fœdera vocari; indeq; eos etiam Imperio nostro tantùm addictos conditionaliter, quoad contributiones scilicet & securitatis conservationem publicæ statuit Bes.* d. c. 2. num. 20. *Knich.* ad v. jus. cap. 2. nu. 358. *Diff. Thom. Mich.* concl. 22. *aa) Frid.* d. loc. *Ant. Coler.* de Jure Imp. Germ. conclus. 21. *atq; hanc Ducatus Wirtenbergici immunitatem intuitu Austriaci privilegii exaudiendam esse conjicit Knich.* d. tr. ad v. jus. cap. 2. nu. 37. *notatus eo nomine à Besoldo* d. cap. 2. num. 19.

Margin letters: X, Y, Z, A A

IX. Ap-

IX.

Appellatio autem instituenda est gradatim, *a*) ascendendo ab inferiore ad proximum immediatè superiorem, *b*) in potestate tàm Ecclesiastica, *c*) quàm seculari; nisi proximus ille superior palàm jus denegaret postulanti, *d*) aut causæ conjunctus esset, *e*) aliísve ex legitimis rationibus judex esse non posset, *f*) aut vellet. *g*) Appellatur itaque à Prætoribus ad Præfectum urbi, *h*) à Comite Orientis, Præfecto Augustali, & vicariis, ad amplissimam potestatem, *i*) à delegato ad delegantem, *k*) à subdelegato ad subdelegantem, *l*) à Commissariis Cæsaris ad Cæsarem ipsum vel Cameram, *m*) ab eo, cui mandata est jurisdictio, ad eum ad quem à mandante jurisdictionem provocaretur. *n*)

A *a*) l. 1. §. 2. l. 21. ff. & l. 29. C. h. t. N. 17. c. 3. in f. N. 23. c. 3. & ibi *Cujac.* c. dilecti. c. si duob. d. app. c. si quis. 2. q. 6. cap. Romana. d. app. in 6. O. C. p. 2. t. 29. in pr. Item Es soll kein Appellation an dem Keyserlichen Cammergericht angenommen werden / die nicht gradatim geschehen / etc. *Non enim debent jurisdictiones confundi.* l. 4. C. de jurisd. omn. jud. *Gail.* 1. obs. 119. n. 2. *Myns.* 1. obs. 67. & 2. obs. 4. *Hartmann.* t. 19. obs. 5. *Petr. Greg.* lib. 4. c. 2. *Bes.* c. 4. n. 12. *Hinc, si quis simpliciter appellat, non expresso nomine, ad quem valet appellatio, & censetur appellasse ad proximum superiorem*, arg. l. 51. ff. hered. inst. l. 29. §. 1. & ibi gl. ff. de lib. & posth. *Wurmbs.* t. 24. obs. 7. *quin imò hic modus appellandi simpliciter tutior est. Pet. Greg.* d. c. 2. num. 7. *& receptus* l. 2. ff. h. t. *Vult.* J. R. lib. 2. cap. 33. nu. 17.

nu.17. *Quid verò, si in aliquo loco arbitrio partium relictum sit ad medium aut supremum appellare judicem, & in una causa diversi diversos appellent? Appellatio ad majorem prævalebit*, arg l.54. §. 1. ff. de re jud. c. si duob. 7. extr. h.t. *Bes.* cap. 4. nu. ult. *b) idq; de substantia appellationis esse diximus* supra thes. 1. lit. d. *nec enim par in parem habet imperium*, l. 4. ff. de rec. arb. l. 13. §. 4. ff. ad SC. Treb. N. 23. c. 4. *nec inferior factum superioris judicat*. c. cum inferior. d. major. & obed. *adeò, ut si ex consuetud. ad parem ritè appellaretur, hoc ipso is ad quem ita provocatur, major fieret* arg. l. 14. d. jurisd. *Bes.* cap. 4. nu. 2. d. s̄ th. 2. lit. d. *Superior autem vel major hîc dicitur ratione administrationis, non dignitatis: Potest enim quis major esse ratione administrationis, qui minor est ratione dignitatis, & contra* gl. & Br. ad l 1. §. 2. v. consules. ff h.t. *P. Greg.* lib. 4. c. 1. n. 4. & lib. 1. c. 3. n. 8. *& sic delegatus alii ordinario inhibere potest; quia quoad causam sibi commissam quovis ordinario major habetur*. c. 2. d. off del. c. 11. §. præterea d. off. jud. ord. *Bend.* tr. de Revis. concl. 4. n. 50. *Gail.* 1. obs. 97. n. 9. *Item superior hîc dicitur ratione ejus, qui judicavit non litigantium, qui forsan alienæ jurisdictionis in eum consenserunt. Spec.* lib. 2. p. 1. t. d. comp. jud. act. §. 1. n. 12. *refert P. Greg.* d. c. 1. n. 4. *Et quidem in temporalibus à judice seculari ad secularem superiorem, non ad Ecclesiasticum appellandum est, & vice versa*, c. 7. § fin. ext. h.t. c. 7. d. foro comp. N. 123. c. 21. *P. Greg.* d. l. 4. c. 4. & 5. *Thom. Mich.* d. jurisd. concl. 40. *Fr. Mind.* 1. d. proc. extrah. c. 11. per tot. *Knich.* v. Duc. c. 2. n. 5 f. 134. *nisi fortè ratione temporalis jurisdict. secularis subjectus sit clerico; vel contra cleric⁹ ratione feudi seculari* d. c. 7. d. foro comp. *Bes.* c. 4. n. 11. *Vult.* 2. feud. n. 4. *Cov.* pr. qq. c. 4. n. 20. *Quid verò, si judex secularis & Ecclesiasticus ex aliqua causa simul judicaverint, ad quem appellabitur? Distinctio adhibenda est ratione committentis utriusq; judicium & ratione causæ commissæ, videlicet utrum committens sit laicus, an clericus, causa Ecclesiastica vel secularis. Pet. Greg.* lib. 4. c. 7. *Non etiam licet Christiano, sub pœna excommunicationis, appellare à judice Christiano ad judicem alterius fidei*. c. catholicus 2. q. 6. *nisi sub Principe infideli degat.* gl. ad. d c. catholicus. *P Greg.* l. 4. c. 9. *Cum u supra.* th. 1. in f. & th. præc. lit. c. & d. *dictum sit; ab arbitris, executoribus & actib. extrajudicialibus quandoq; appellari, hîc non immeritò quæritur ad quem judicem? & communiter obtinuit, ad eum ad quem causæ*

 loci

loci diriguntur ordinarium judicem non appellationis provocandum esse. Petr. Greg. lib. 4. c. 10. & 16. *Gail.* 1. obs. 149. *Myns.* 2. obs. 61. d. §. th. praec. lit. c. *An igitur à Principe vel Comite Imperii extrajudicialiter gravante ad Cameram appellari poterit? Distinguendum ex iis, quae* §. th. 3. in f. *allata sunt: aut enim Princeps gravavit aliquem tanquam ordinarius ejus loci judex, ad alterius partis instantiam; aut gravavit eum tanquam pars, ut putà, si cum Principe aliquid negotii habeat, & is ei gravamen inferat. Priori casu appellatio ad Cameram immediatè spectat; Posteriori non, sed gravatus, si vult, debet Principem in prima instantia coram suo judice convenire, hoc est, coram judicibus ordinationis,* (Vermög der Austräg) juxta tit. 4. p. 2. Ordin. Cam. *Myns.* 4. obs. 43. *Gail.* 1. obs. 120 *P. Greg* d. c. 16. *Illud quoq; non satis expeditum est, an à Rectoribus Universitatis Scholasticorum, & ad quem appellari possit? Sunt enim, qui putant omninò non posse sine perjurii reatu, Rebuff.* d. priv. Schol. 158. *citatus à Dn. Hill.* d. c. 6. lit. Aa. *Contra communis Interpp. schola ad Auth. Habita. statuit Scholasticos omisso medio rectà ad Imper. appellare posse, qui eos in dict. Auth. speciali gratià se defensurum promiserit, refert Pet. Greg.* l. 4. c. 13. *ubi tamen rectè* n. 2. *docet privilegia omnia Academiarum hodiè ex usu recepto consideranda; & regi, prout usus & Principum voluntas definierit.* *An verò, si quis in appellatione, erraverit, ut puta cum alium appellare deberet, alium appellaverit error ei nihil noceat quaeritur? Et distinguit Ulpian.* in l. 1. §. 2. & 3. *ut si quidem majorem appellaverit,* appellatio *quidem valeat, sed remittatur ad judicem, qui adeundus fuerat* l. 21 h. t. *sin verò minorem, perinde haberi ac si appellatum non esset. Petr. Gregor.* lib. 4. cap. 14. *Bes.* cap. 4. nu. 13. *Clariss. Dn. Praecept. Arum.* disput. ad π. ult. th. 2. *Ratio hujus rei desumi potest ex* l. 11. ff. serv. quemad. amitt. *Sed quid, si ex justa probabiliq; ignorantia ita quis erraverit, an restitutionis juvabitur subsidio? Ita putarem* l. 26. §. pen. ff. ex quib. caus. major. *Bes.* d. c. 4. in fin. pr. *Cum autem JCtus de appellatione per errorem ad superiorem omisso medio facta loquatur, sequitur eo cessante, si appellans malitiosè hunc medium appellationis judicem recognoscere noluerit, quod tunc, perinde ac si minorem appellasset, intercidat appellatio, & malitia sua nō error ei noceat Bes.* d. c 4. n. 14. *Quae de appellatione ad minorem judicem dicta sunt, eadem ad*

appella-

appellationem factam ad judicem non suum extenduntur. P. Greg. d.l.4.c.15.*Sed quid si appellationi ad mediatè proximum facta nihil oppositum fuerit, valebitne? Ita statuit Myns.*1.obs.67.*P.Greg.* lib.4.c.3.*Mar.*h.t.n.373.*Negat Dn. Prac. Arum. suamq; sententiam Camerali prajudicio confirmat.*d.disp. ult.th. 6.arg. l. 21. ff. h.t. juncta l.5.C.d. LL. *Quid si judex à quo appellatum est, postea factus fuerit judex ejus sedis, ad quem appellatum est, poteritne de appellatione cognoscere? Sic sentio,* arg.l.27. in f.ff.de adim.leg. l. 60.& 76. d. judic.c. ferrum.dist.50.*melius tamen facturum, si deleget alii cognoscendam. P.Greg.*lib 4. c.17.*Bes.* d.c.4.n.3. in f. *Hartm.* t.19 obs.5. *Horum hactenus dictorum consequens est, provocandi ad alium licentiam, eum à quo provocatur subditum arguere provocati.Bes.*c.4.n.4.*quamvis immediatam superioritatem ex eo nequaquã necessariò induci verius videatur*, per ea quæ dix. s̃. th. 2. lit.e. *cum sint etiam in Imperio civitates Principibus subdita, qua pratergressâ curiâ Provinciali Cameram directò appellant. Bes.* d. n. 4. *Th. Mich.* concl.54. *ubi in exemplum adducit* Hamburg/ Hervordt/ Soest/ *&c. c) ut ab Archidiacono ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopum, ab Archiepiscopo ad Primatem, ab illo ad Papam.* c. placuit. c.anteriorem.2.q.6.c.metropolitanum. 2. q. 7. c. ad reprimendam. d. off. ord. c.quia cognovimus.10.q.3.*quamvis hac in temporalibus non semper procedant, quia in illis aliquando appellare coguntur ad superiorẽ Principem à quo feudum habent. P. Greg.* d.lib.4 c.2. n.1. dict. s̃. th.8. lit.u. *Ad Papam tamen undecunq; etiam omisso medio appellari canones permittunt.* c. 4. 5. 6.13. c. ideo. 2.q.6.c. 7.54. extr. h. t. c. cuncta per mundum.& c. per Principem. 9. q.3 *ut nundinationes Roma essent frequentiores. Treut.* hic. th. 16. lit. b. in fin. *Bes.* c. 4. n.13. *quod hodie per concilium Basiliense mutatum est, teste P. Greg.* d.c.3. n. 7. & lib.3. c.10. *d)* O. C. p.2.t.29. in pr. N.17. c. 3. *Myns.* 1.obs. 67. *Gail.* 1. obs. 28. *Knich.* ad v. jus. cap. 3. n. 81. *Autor diss. de jure Princ.* concl.89.lit.c. *Liquidò a. à superiori justitiam denegatam esse constare debet, quam ideò, ut instrumento publico supplicans doceat necesse habet, nec n. juramento suo ejus denegationem pbare potest. Gail.*d.obs.28.n.3. *Myns.* 3. obs. 57. *e) tunc enim tanquam suspectus recusari poterit. Gail.* d. obs. 119. nu. 2. *Myns.* d. obs. 67. *ubi aliquot prajudicia recenset*

C D E

Petr. Greg l. 4. c. 3. n. 9. 10 *Bes.* c. 4. n. 14. *Hart.* t. 19 obs. 27. *Mar.*
F h. t. n. 37; *f) ut si esset hereticus, excommunicatus, submotus, suspensus, mortuus, aut aliter inhabilis; vel esset in loco pestifero, ubi jus non redderetur. P. Greg.* d. c. 3 n. 10. *Mynf. Gail.* dd. loc. *quod si tamen impedimentum sit modico tempore duraturum, expectandus*
G *erit* arg. l. 18. ff. d. jud *g) ut si remitteret causam sponte ad su-*
H *periorem. Mynf.* d. obs. 67. *Gail.* d. n. 2. *h)* l. 17. C. h. t. *Pratorum tamen distinctio observanda, & quomodo per varia tempora eorũ*
I *fuerit aucta & minuta potestas, vid. P. Greg.* lib. 3. c. 14. *i)* l. 29. C. h. tit. *amplissima illa potestas dicitur vir illustris Præfectus Prætorio Comitatus Principis; vel vir illustris sacri Palatii, ad quos appellatur à prædictis & à Proconsulibus.* l. 32. C. h. tit. *Petrus Greg.* d. lib. 4. c. 11. nu. 1. & lib. 2. cap. 13. *Sed omittamus hæc antiqua, quæ hodie non obtinent, & quæ consideranda essent juxta*
K *mandata, quæ dabantur potestatibus. Petr. Greg.* d. lib. 3. cap. 14. *k) vel ad ejus successorem in officio* l. 21. §. 1. ff. h. t. l. 1. l. ult. ff. quis à quo app. l. 32. §. 3. C. h. t. l. un. in fin. C. qui pro sua jurisd. *P. Greg.* lib. 4. cap. 8. *Gail.* 1. obs. 121. num. 2. *Diffe-*
L *runt igitur judicem dare, sive delegare & mandare jurisdictionem* j. lit. n. *Facbin.* 1. controv. 78. *l)* d. l. un. C. qui pro sua jurisdict. l. 1. & ult. ff. quis & à quo, *scilicet quoties aliquid subdelegans reservaverit sibi ex causa subdelegata subdelegando* cap. 27. §. porrò. d. off. del. c. si delegatus. eod. in 6 *Facbin.* d. contr. 78 *Wurmbs.* t. 14. obs. 5. *Hartm.* t. 19. obs. 28. *Bes* cap. 4. nu. 15. *secus verò, si cui commiserit totam causæ jurisdictionem; tunc enim ad primum delegantem appellaretur* d. l. 1. §. 1. quis à quo
M app. *Pet. Greg.* d. l. 4. cap. 8. num. 10. *Hartm. Facb.* dd. loc. *m) Certum est, quod à sententia commissariorum Cæsaris, rigore ordinationis, hoc est, secundum privilegium primæ instantiæ putâ, der Austräg datorum ad Cameram appellari possit.* O. C. p. 2. t. 6. *Sed an idem obtineat in Commissariis, qui ad instantiam partium, etiam privatorum hominum per meram delegationem à Cæsare dati sunt, dubitatum fuit, & variè decisum, teste Gail.* 1. obs. 121. *P. Greg.* d. c. 8. nu. 11. *Bes.* d. c. 4. n. 15. *inter utramq; opinionem tamen parum interesse putat Gail.* d. loc. *quod jurisdictio Cæsaris & Cameræ Imperialis quoad justitiæ administrationem ex voluntate suæ Majestatis & contractu Statuum Imperii,*

con-

concurrens sit. Quod potest admitti, modò versemur in casu, ubi Camera concurrente præfulget jurisdictione. Bes. d. nu. 15. *Cum tamen delegato Cæsaris inhibere inconveniens foret, mrò inhibitionem decerni attestatur præjudiciorum Cameralium Compilator, referente Bes.* d. n. 15. *n) quia idem à se ipso appellaretur.* l. 1. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd. *Duaren.* d. jurisd. c. 8. *Dn. Præcept. Arum.* disp. ad π. ult. th. 10. *Fach.* 1. controv. 78. *Bodin.* 3. d. Rep. 6. f. m. 510. *Unde à sententia Vicarii, substituti, vel officialis, non appellatur ipse, cujus vicesgerit, vel eum substituit aut constituit*, c. Rom. d. app. in 6. cap. 2. d. consuet. in 6. *Bes.* d. c. 4. nu. 15. *Petr. Greg.* d. lib. 4. c. 2. nu. 5. *Mar.* h. t. nu. 380. cum seqq. *A legato tamen Proconsulis ipse Proconsul appellatur* l. 2. ff. quis à quo app. *cum propriam jurisdictionem habeat* arg. l. 11. ff. d. proconf. *Cujac.* 7. obs. 21. *Petr. Greg.* d. c. 8. n. 6. *Dn. Arum.* d. th. 10. *Dn. Hillig.* in D. E. hic. c. 7. lit. b. *Diss. Bes.* d. c. 4. nu 15. N

X.

Restat ut de temporibus sive, ut in jure nostro dicuntur, fatalibus *a*) appellationum, paucis quoque agamus, quæ triplicia *b*) sunt, interponendæ, introducendæ, & prosequendæ appellationis. Primum quod attinet, jure novo *c*) certissimum est omnem appellationem *d*) intra decendium *e*) ab omnibus *f*) interponendam esse; idq; vel in continenti *g*) apud acta ejus judicis, qui pronunciavit *h*) vivâ voce, *i*) vel ex intervallo in scriptis, *k*) si sententia à qua definitiva fuerit; sin verò interlocutoria indistinctè in scriptis, *l*) nominatim expressis causæ gravaminibus: *m*) quâ ita interpositâ, apostolos intra 30. dies *n*) appel-

 lans

lans petere cogitur. *o*) Secundum præſentandæ, ſive introducendæ tempus definitum jure communi non reperitur, *p*) verum arbitrio judicis, à quo relinquitur. *q*) Tertium denique proſequendæ appellationis tempus hodie annus eſt, & ex juſta cauſa biennium. *r*)

A *a*) l. 32. pr. C. h. t. l. 2. & 3. C. de temp. app. *cò quod terminum cauſæ imponunt inſtar fati ſive mortis.* gl. ad d. l. 2. *Cujac.* 12. obſ. 4. *Schneidw.* ad §. ſed etſi quis. Inſt. quib. mod. in f. *Bod.* 3. d. Rep. 6. f. m. 515. *ubi tamen veriſimiliter admodum docet, hoc ex ignorantia Græcarum literarum profluxiſſe, mutatione unius literæ v. in η. & pro κυρίας ἡμέρας, quod ſtatos dies ſignificat, ſcriptum fuiſſe κηρίας ἡμέρας, à κὴρ, quod fatum ſignificat.*

B *b*) *Gail.* 1. obſ. 139. in pr. *alii quatuor ponunt, ut P. Greg.* h. tr. l. 6. c. 5. *alii ſeptem, ut Rebuff.* h. tr. in præf. n. 43. & ſeq. *quæ*

C *tamen commodè his tribus includuntur* *c*) *jure veteri in propria cauſa biduum erat, in aliena triduum* l. 1. §. 7. 11. l. 2. ff. quand. app. ubi *Weſſ.* in ϖ. n. 1. l. 5. C. hic. l. 3. d. app. rec. *Mar.* h. tit.

D n. 214. *d*) *tàm judicialem* auth. hodie C. h. t. d. l. 1. §. 5. 7. 11. ff. quand. app. *quàm extra judicialem* c. concertatione. h. t. in 6. *Mar.* h. t. n. 213. *Mynſ.* 3. obſ. 11. *Gail.* 1. obſ. 139. num. 2. *tàm à definitiva, quàm interlocutoria* c. 32. in f. de elect. cap. 36. de

E teſt. *Mar. Mynſ. Gail.* dd. loc. *e*) d. auth. hodie. C. h. t. N. 23. c. 1. d. c. 36. de teſt. *Gail.* 1. obſ. 139. *Mar.* h. t. n. 214. *Beſ.* h. tr. c. 8. n. 2. *quod tempus etiam in ſupplicationibus locum habet. Gail.* d. obſ. 139. nu. 4. *computandum à die latæ ſententiæ* l. 1. §. 5 ff. quand. app. N. 23. c. 1. *etiamſi ſententia ſit conditionalis* l. 1. §. 5. ff. quan. app *Mynſ.* 5. obſ. 95. *Gail.* d. P. P. 2. c. 4. n. 15. *& ſit computatio de momento ad momentum, (momento non pro hora, ut Goveanus exiſtimat, ſed pro minutiſſimo ſpacio, quod tamen comprehendi poſſit, accepto. Alb. Gentil.* d. diverſ. temp. app. c. 7.) *ita quod ſi die Jovis fertur ſententia horâ nonâ primi diei, uſq; ad horam nonam ad diē undecimum numerantur continuè de hora ad horam decem dies Wurmbſ.* t. 24. obſ. 1. *Gail.* d. obſ. 139. n. 5. *Weſſ.* in ϖ. quand. ſit ap. n. 3. *Rul.* tr. d. commiſſ. l. 6. c 13. n. 13. *eſtq; hoc tempus continuum,*

ita

ita ut etiam feriæ solennes includantur l. 1. C. de fer. l. 2. C. d. temp. app. in f. l. 3. C. d. dilat. *Gail.* 1. d. obs. 139. n. 5. *ad aliquid tamen utiles esse, oratio D. Marci voluit, si fortè ejus à quo vel ad quem provocatur copia non fuerit; sufficit enim alterutrius adeundi fuisse copiam* l. 1. §. 7. cum seqq. ff. quand. ap. *Mynf.* 2. obs. 2. *consulit tamen Bart. ut appellare volens protestetur & appellet coram notario, & postea judicem à quo certioret, ne quid prætextu ignorantiæ præsumat.* arg. l. 7. h. t. l. 2. C. de his, qui per met. jud. *idq́; usus observat, teste Mynf.* d. obs. 2. *Mar.* h. t. n. 133. *Hartm.* t. 19. obs. 4. & 6. *Wurmbs.* t. 24. obs. 4. *Deinde, ut decennium hoc currat, requiritur scientia sententiæ latæ vel gravaminis* l. 1. §. ult. ff. quan. app. l. 1. C. de temp. app. c. concertationi. d. app. in 6. *Wurmbs.* t. 24. obs. 3. *Mynf.* d. obs. 2. *quæ in absente non præsumitur. Iacb.* 1. controv. 81. *Bes.* c. 8. n. 2. *idq́; & in herede appellantis obtinet; quia heredi non currit tempus interponendæ vel prosequendæ appellationis, nisi à die notitiæ sive defunctus appellaverit, sive ante appellationem mortuus fuerit,* per l. ult. C. si pend. app. mors interv. *Gail.* d. obs. 139. n. 7. *Est ergò hoc tempus decendii, quoad initium utile, quoad progressum verò continuum, idq́; in Camera observatur, teste Mynf.* d. obs. 2. *Gail.* d. obs. 139. n. 7. *Wurmbs.* t. 24. obs. 1. *Mar.* h. t. n. 216. *Schneid.* ad § rursus. I. d. act. n. 68. *Limita tamen præc. nisi gravamen causam continuam & successivam habeat; quia tunc semper appellari potest, Gail.* d. obs. 139. nu. 13. *Mar.* h. t. n. 216. *Wess.* in ϖ. quand app. n. 3 *Bes.* c. 8. n. 2. *An a. decendium expresso partium consensu, putà compromisso aut judicis permissione prorogari possit? Communis opinio est non posse, teste Gail.* d. obs. 139. n. 6. *quam comprobat Ord. Cam.* p. 2. t. 29. §. So sollen auch. *Mynf.* 2. obs. 68. *Dn. Arum.* disp. ad ϖ. ult. th. 11. *An tacito? putà, si post 10. dies sit appellatum, nec de hoc oppositum. N. quin imò sententia super tali appellatione lata, ꝓpter defectũ jurisd. ipso jure nulla est, Mynf.* 3. obs. 11. *Porrò licet cõstet de appellat. interposita, tamen non p̃sumitur facta intra decendiũ, nisi ꝓbetur.* c. Rom. §. si v. & ibi Dd. d. app. in 6. *Mynf.* d. obs. 11 *f) etiam militib.* l. 20. §. 2. h. t. *An igitur hoc decendiũ etiam currit pauperi? Dist. cum Guid. Pap.* dec. 436. n. 22. *utrũ appellatio in scriptis putà ab interlo. vel definitiva ex intervallo aut viva voce videl. à definitiva in continenti interponẽda sit; priori casu paupertas excusationẽ*

meretur,

meretur, posteriori verò non. vid. Dn. Arum. disp. ad π. ultim. th. 5 *Gail.* 1. obs. 142. num. 3. *ubi paulò aliter rem determinat*
G *Treutl.* hîc. th ult. lit. d. *g) dum judex adhuc pro tribunali sedet, & ad alios actus non divertit, etsi per totum diem id duret. Mar.* h. t. n. 136. *Hartm.* t. 19. obs. 15. *Treutl.* hîc. th. 7. lit. a. *& tunc sufficit, ut dicat, apello, vel submitto me protectioni & tuitioni superioris, idq; scribi curet per notarium ad acta. Mar.* h. t.
H nu. 133. *Myns.* 3. obs. 15. *Bes.* d. c. 8. n. 4. *h*) c. cum debitus. c. cum speciale. hîc. *Hart.* t. 19. obs. 6. *Wess.* hîc. n. 9. *ex consuetudine etiam coram notario & testibus.* dict. §. lit. e. *Hartm.*
I d. obser. *Mynsing.* 2. observ. 2. *Treutler.* dict. thes. 7. lit. c. *i*) l. 2. h. tit. l. 14. Cod. eod. c. ex parte eodem. *Quod si aliquis appellat vivâ voce cum reservatione appellandi in scriptis, & deinde appellet in scriptis, quaritur qua appellatio dicatur valida, utrum prima vel secunda? Nos utramq; valere statuimus, & eum, qui appellaverit ex voluntate & utilitate sua eligere posse, quam voluerit* arg. l. 18. ff. d. V. O. l. 21. §. 1. ff. de fid. l. 28. C. h. tit. *Clar. Dn. Pracept. Arum.* disp. ad π. ult. th. 4. *Wess.* in π. quand. app. n. 3. in f. *Bes.* cap. 8. nu. 2. *Myns.* 1. obs. 7. *ubi tradit banc sententiam in Camera judicando observari. Diss Treutl.* hîc. th. 7.
K in f. *Mar.* h. t. n 144. cum seqq. *k)* d. l. 2. h. t. l. 14. C. h. tit. l. 6. §. pen. eod. d. auth hodie. *Wurmbs.* t. 24. obs. 8. *Hartm.* d. obs. 15. *ita tamen, ut instrumentum appellationis judici à quo insinuetur. Mar.* h. t. n. 133. *Hartm.* t. 19. obs. 7. *quod fieri potest in omni loco, tàm in judicio, quàm extra judicium* cl. 2. §. similiter. h. t. *Myns.* 2. obs. 12. *Mar.* h. t. 134. *etiam die feriata* l. 1. C. de fer. l. 11. §. 6. ff. ad l. Jul. de adult. *Myns.* d. obs. 12. *Dn. Hill* in Don. enucl. 24. comm. 7. lit. t. *de jure tamen Camera appellatio etiam sine insinuatione coram notario & testibus facta valet* C. G. O. p. 2. t. 28. §. Item so soll. *attentata verò tali casu facta non revocantur, nisi per viam justitia, scil. si appellans deinde in causa appellationis obtineat.* O. C. dict. §. Item so soll.
L *Myns.* d. loc *l)* c. 1. c. cordi nobis. in 6. h. c. ut debitus. 59. c. cum causam. 62. ext. h. t. cl. appellanti. 5. eod. C. G. O. p 2. t. 29. §. 3. Wo aber von. *Mar.* h. t. 138. *Myns* 5. obs. 15. *Bes.* c. 8. nu 3. *idq; si sententia purè interlocutoria fuerit. Nam in interlocutoria vim definitiva habente, idem quod in ipsâ definitiva obtinet,*

tinet, dict. 5. th. 5. *Gail.* 1. obs. 130. *Mynsing.* 3. obs. 88. *Mar.* h. t. num. 142. *Valet tamen consuetudo, ut ab omnibus interlocutoriis vivâ voce in continenti, & à definitivis vivâ voce ex intervallo appelletur. Mynsing.* 1. obs. 66. *Gail.* d. obs. 130. num. 4. *ubi tales appellationes in Camera quoq; recipi testatur, modò de consuetudine probetur. m)* cl. appellanti. d. app. *Gail.* 1. obs. 130. num. 1. 2. 6. *Bes.* d. c. 8. n. 3. *adeò ut non sufficiat causam exprimere per relationem ad acta; nisi specialiter in quâ parte actorum hoc dicatur manifestum fiat. Gail.* d. obs. 130. nu. 2. *Ratio hujus assertionis est; quia in interlocutoriis appellatio ex prioribus sive iisdem actis justificari debet* c. ut debitus. d. clem. appellanti h. t. *Myns.* 3. obs. 15. *Gail.* d. obs. 130. nu. 3. *etiamsi appellatio à definitiva instituta etiam ex aliis quàm quæ instrumento comprehensa sunt, argumentis rectè approbetur* l. 3. §. 4. ff. h. t. l. 4. C. d. temp. app. *Mar.* h. t. nu. 114. cum seq. *Wess.* h. t. num. 9. *n)* l. 21. 24. C. h. t. *Bes.* h. tr. c. 8. num. 7. *Petr. Greg.* h. tr. lib. 6. cap. 2. & 7. *Sed dubitatur, quando incipiant currere isti 30. dies, utrum à die sententiæ latæ, an à die appellationis interpositæ? & receptior est eorum opinio, qui à tempore sententiæ computandos existimant,* per d. l. 24. *Wess.* in ϖ. quand. app. num. 4. *Myns.* 4. obs. 36. *Wurmbs.* t. 24. obs. 23. *Mar.* h. t. nu. 209. *Diss. Hostiens. & alii relati à Mar.* d. loc. *o)* l. un. ff. de lib. dimiss. l. 6. §. ult. l. 18. 21. C. h. t. cl. quamvis hîc *Paul.* 5. sent. 34. & ibi *Cujac. quod nisi fecerit, appellationi renunciasse censetur.* d. l. 18. d. cl. quamvis. *Wess.* in ϖ. ff. d. lib. dimiss. nu. 4. *Mar.* h. t. n. 219. *Wurmbs.* t. 24. obs. 23. *Mynsing.* 3. observ. 22. *Gail.* 1. obs. 139. nu. ult. *nisi justum impedimentum probare possit appellans, quare non petierit. Wess.* d. loc. *Sufficit autem petiisse intra tempus dimissorias instanter & sæpius, ut etsi non accipiat id ipsum contestetur: Nam instantiam repetentis dimissorias constitutiones desiderant.* d. l. un. §. 2. d. lib. dimiss. l. 31. C. h. t. c. ab eo. in 6. h. t. Paul. 5. sent. 34. §. 2. cl. 2. in pr. h. t. *quare petitio ita concipi solet: Peto instanter, instantius & instantissimè Wess* d. loc. n. 4. *Verùm ex novella ordinatione Cameræ Imperii* p. 2. t. 30. §. 1. *requisito Apostolorum prorsus non est necessaria, sed omitti impunè potest. Gail.* 1. obs. 139. nu. ult. *Mynsing.* 4. obs. 36. *Frid.* d. process. l. 1. c. 7. n. 8. *quod tamen ad tribuna-* M N O

 lia in-

P *lia inferiora non extendendum putarem*, *p*) *sed pro varietate judicum*, *locorum*, *& quandoq; causarum variatur diversimodè* l. 1. l. 2. l. ult. C. de temp. & repar. app. Nov. 126. & 82. *id quod summatim exponit Cujac.* in π. C. de temp. app. & in tr. d. div.

Q temp. præscr. cap. 16. & passim. *q*) arg. l. 1. §. 2. ff. de jure delib. c. 4. de app. *Wess.* in π quand. app. n 5. *De jure tamen Cam. Imperialis 6. mensis* (*à die appellationis interpositæ numerandi*) *ad introducendum constituti sunt*, *intra quos citatio extrahi*, *& ante finem illorum reproduci debet*, O C. p. 2. t. 30. pr. & §. würde aber. & § Vnd also. *Gail.* 1. obs. 140. n. 3. *Myns.* 3. obs. 44. *quibus elapsis appellatio deserta censetur* l. 2. C. de temp. app. c. 5. c. 44. v. salvis. h. t. cl. sicut eod. O. C. d. §. Vnd also. *Gail. Myns.* dd. loc. *quod tamen tempus expresso partium consensu vel compromisso prorogari potest.* cl. quamdiu. h. *Gail.* d. obs. 140. nu. 8. *Myns.* 2. obs. 68. & 3. obs 48. & 49. *Judex à quo tantum minuere non etiam prorogare potest.* Ordin. Cam. d. t. 30. pr. ibi. Vnd nicht darüber. *Gail.* d. observ. 140. nu. 7. *Judex ad quem tàm prolongare quàm coarctare potest.* O C d. loc. l. 5. C. h. t. l. 72. ff. d. jud. *Gail.* d. n. 7. *Myns.* 3. obs 15. *dummodò ad obtinendam termini prorogationem supplicatio infra tempus ordinationis sc. sex mensium ab appellante exhibeatur*; *nam iis elapsis frustra ejus, quod non est prorogatio petitur.* arg l. 5. ff. de prec. l. 24. ff. rem rat. hab. *Gail.* dict. loc *ad restitutionis igitur extraordinarium remedium hoc casu exclusus confugere necesse habet. Gail.* d. loc. & observ. 143. *Sed, an in causa restitutionis ob lapsum fatalium litis contestatione opus sit, quæritur. Neg. quia incidenter tantum hæc restitutio petitur*; *secus verò, si principaliter. Gail.* dict. obs. 143. num. 7. *adde Mynsing.* 2 observ. 26. *Quin imò nec ipsum appellationis processum ob omissam litis contestationem vitiari usu obtinuit forensi. Mynsing.* 1. observ. 1. *Sed quid tractatus concordiæ impeditne fatalium lapsum? Aio.* per auth. si tamen. C. de temp. app. l. 16. C. de inoff. test. *Cujacius* ad Nov. 49 & ad N. 93. *Wurmbs.* tit. 14. observ. 2. *Gail.* 1. observ. 140. num. 8. cum seqq. *ubi tamen consulit appellantibus, ut tutiorem viam eligant, & appellationem debito tempore pendente tractatu concordiæ introducant. Quid si terminus juris, sive ordinationis desinat, aut expiret in feriis? De rigore*

juris

juris pro desertione concludendum foret. per l. 2. in f. C. de temp. app. l. 26 §. 7. ff. ex quib. caus. major. l. 2. §. 8. ff. si quis caut. l. 1. C. de fer. l. 3. C. de dilat. *benignior tamen opinio in Cam. prævaluit Gail.* d. observ. 140. num. 4. & seqq. *r)* l. ult. §. 4. auth. ei qui & auth. si tamen. C. de temp. app. N. 93. *Fachin.* 1. controv. 79. *Mar.* h. t. n. 228. *Gail.* 1. observ. 141. *Schneid.* ad §. sed etsi quis. Instit. quib. mod. test. infir. *Hartm.* tit. 19. observ. 16. *Bes.* cap. 9. num. 4. *hocq; tempus non solùm compromisso, sed etiam expresso partium consensu potest prorogari.* cl. quamdiu. h. t. l. ultim. §. ultim. C. de temp. app. *Gail.* 1. observ. 141. num. 4. *Mar.* h. tit. num. 236. *Mynsing.* 2. observ. 68. *& aliàs quoq; verum est, si allegetur & probetur justum impedimentum, hoc tempus arbitrio judicis prorogari*, *Treutler.* hic. th. ult. lit. k. *Quando autem hujusmodi appellationis prosequendæ tempora currere incipiant, mirificè variant Dd. Verior tamen videtur eorum opinio, qui à tempore interpositæ appellationis currere existimant; quàm probat Gail.* dict. observ. 141. nu. 1. *Hartm.* t. 19. observ. 9. *Schneidw.* ad §. sed etsi quis. Inst. quib. mod. test. num. 8. *Treutler.* dict. loc. *non tamen de momento ad momentum*, ut s. lit. e. *de decendio dictum est. Gail.* dict. loc. *In Camera Imperiali, neq; hujusmodi fatalia appellationis prosequendæ, nec etiam fatalia primæ instantiæ putà triennii in causis simplicis querelæ currunt, & sic l. properandum* Cod. de jud. & dict. auth. ei qui. C. de temp. app. *non habent locum in Camerâ, idq; propter multitudinem causarum, sed tantum tempora interponendæ & introducendæ appellationis diligenter attenduntur*, fac. auth. sed & his. C. de temp. app. *Gail.* dict. observ. 141. num 7. & d. P. P. l. 1. cap. 9. num. 15. *Mynsf.* 2 obs. 48. & 3. observ. 44. *Hartman.* t. 19. observ. 2. in fin. *Dicendum nunc esset de officio judicis, tàm à quo, quàm ad quem, item de effectu appellationis, ubi de inhibitione, compulsorialibus & attentatis, sed ratio instituti & status rerum mearum vela contrahere cogit. Coronidis tamen loco duas hasce illustres quæstiones annectere placuit. I. An, si provocantem Magistratus non exaudiat, illi resistere liceat, & ita vim vi repellere?*

 Affir-

Affirmant Dd. si damnum sit irreparabile, sed eatenus, ut sine populari seditione ac fraude id fiat, non Magistratus violandi, sed ejus qui injuriâ opprimitur eripiendi causa. Bod. 3. d. Rep. 5. f. m. 490. *Dn. Joh Georg. Becht.* in tr. de secur. & salv. cond. concl. 169. cum seqq. *Autor. diss.* de jur. Princ. concl. 65. 69. 94. *ubi tamen hoc ad summum Principem non extendendum rectè astruit, adde Dn. Becht.* d. tr. concl. 142. cum seqq. *II. An si reus omni provocationis & legitimæ defensionis auxilio spoliatus Dei tribunal appellet, & judicem iniquum ad vallum Josaphat citet, prorsus superstitiosum hoc existimandum? Negant Dd. Cum enim hunc omne humanum auxilium deficiat, utpote cum nemo inter mortales supersit, quem innocentiæ testem, aut injuriæ vindicem appellare possit; rectè justissimum, & omnium rerum gnarum Judicem appellat Deum. Nec vanum hoc fuisse testantur exempla, quæ ferè supra fidem, attamen ex fidis comportarunt Bes.* h. tr. c. 2. n. 13. *P. Greg.* h. tr. lib. 1. c. 1. n. 18. & seqq. *Vent. de Valent.* in Parth. litig. l. 1. c. 1. n. 38. cum seqq. *ubi tamen rectè hanc citationem in civilibus taxatione dignam judicat. De origine hujus citationis vid. Aut. dissert.* de Jure Princ. concl. 31.

F I N I S.

A D

AD

DN. RESPONDENTEM,

AMICUM INTIMUM, OLIM AUGUSTÆ TREBOCUM CONSALINUM.

MUsarum Hospitium tibi primitus ARGENTINA;
Me monitore, fuit, deîn GENA Salaidum,
JENA tuis studiis magnum attulit incrementũ,
Accensâ vivâ Lampade judicii,
JENA ex hoc genii fœtu, velut ungue Leonem
Dona tui & vires æstimat ingenii,
Hæc ut te fovit, sic LIPSIA, WITEBERGA
Te foveant, tua sic cœptaq; prosperitent.
Ex Lauru & Myrto prænobile MYRTILETUM
NECCARIS ad ripas, Nectare & Ambrosia
Conspersas, VENERE hanc, PHOEBO illam dante corollas
Offert, plura COMES conferet ERPACHIUS.

Joh. Merckerus, Hennebergicus Fr. f. Jena.

GEORGIUS CUGELMANN ERPACENSIS

Ἀναγραμμ.

SPES REGNO, CUM NEC JURA NEGLIGAS.

NOn tibi proclivis mentem natura negavit,
Nec tibi quod negat hæc ipse deesse sinis;
Ingenium raris studio cum dotibus ornes,
Nec spreto cesses discere jura foro.
Inde clienti spes, magno spes magna parenti,
In te Spes regno, cum benè te ipse regas.

amicitiæ non fucatæ ergò.

M. Jacobus Wicker Alsatus.

VIdit è cœlo medio in Lycæo
Juris ac æqui cupidæ juventæ,
Te Themis, curà sibi perlitantem
Fervidiore;

Vidit, & dixit, meus ecce mystes!
Hunc ego imbutum meliore juris
Fonte, curabo, & potiore quondam
Sede locabo.

Scilicet